Biblioteka
Ojców Kamedułów
w Bieniszewie

INSTITVTIO CONFESSARIORVM

Ea continens, quæ ad praxim audiendi confeſsiones pertinent,

MARTINO FORNARIO Brunduſino.

SOCIETATIS IESV Auctore.

MEDIOLANI,

Apud Hæred. Pacifici Pontij, & Io. Baptiſtam Piccaleum. MDCVII.

Cum conſenſu Superiorum.

Erem. Cam. [illegible]

Bien. A.I.12

CLAVDIVS

AQVAVIVA,

SOCIETATIS IESV

Præpositus Generalis.

CVm institutionem hāc Confessariorum à P. Martino Fornario, Societatis nostræ Theologo compositam, tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commisimus, recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, si Reuerendissimo D. Vicesgerenti, & Reuerendissimo P. Magistro sacri Palatij placuerit.

rit. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ xxvij. Octobris 1606.

Claudius Aquauiua Soc. Ieſu Præpoſitus Generalis.

Imprimatur, ſi placet R. P. Mag. Sac. Palatij.

B. Gypſius Viceſger.

Imprimatur.

Fr. Paulus de Francis de Neap. Magiſter, & ſocius Reuerendiſs. P. Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici.

Illmo ac R.^mo D. D.

FEDERICO BORROMAEO

S. R. E. Presbytero Cardinali Amplissimo,

Et S. Mediol. Eccl. Archiepiscopo vigilantissimo.

Domino meo singul.

CVM paulo ante, illorum patrum opera, quorum animus totus est in animarum salute procuranda, Præsens Reuer. Patris Martini Fornarij ad manus peruenerit confessorum instructio Romæ prius in

lucem edita, in qua praxis confessionum fructuosè audiendarum in sacerdotibus ad munus hoc ritè præstandum requisita breuiter, & enucleatè declaratur; Tua verò Illustrissime, ac Reuerendissime Antistes erga commissum gregem charitas, quæ maxima est, in hac potissimum parte tamquam in omnium spiritualium bonorum Seminario, nihil non agat, vt non solum confessarij suo diligenter fungātur munere, sed pœnitentes etiam iuxta illorum pia monita suas ad honorem Dei, & animæ salutem partes exequantur, magno studio conscientias in lucernis diuini timoris, & peccatorum cognitionis perscrutando, delicta cum cordis compūctione confitendo, & prauas consuetudines, turpiaq; in primis colloquia relinquendo, quæ summopere summæ tuæ puritati displicere ex ijs, qui

doctissimos

doctissimos, ac mellifluos tuos sermones cupidè audiuerunt non multo ante didicimus, vt huic & ipse tam sanctæ, antiquæ, ac iustæ petitioni & voluntati aliqualiter pro meis viribus satisfacerem, & inseruirem, eundem librum meis quoque typis ad communem omnium, & tuorum præcipuè ministrorum vtilitatem excussurus, vt ab omnibus reciperetur clarissimo Amplitudinis Tuæ nomine insignire volui, quod vt à me non inconsultò factum existimes etiam atque etiam rogo. Nam si minus libelli modica quantitas tam excellenti signo digna est, materiam certè omnibus refertam vtilitatibus, hac ornatam corona, singulis gratissimam fore duxi. Non igitur quæso dedignetur summi viri summæ benignitas hoc qualecunque munusculum ab humili seruulo obla-

tum recipere, sed pro sua erga omnes admiranda mansuetudine in signum debitæ seruitutis allatum existimare, quod vt futurum spero sic maxiuso me iam affectum beneficio gaudeo, & quas possum maximas gratias ago. Mediolani vij. Cal. Iunij MDCVII.

Ill.me ac R.me Ampl. tuæ

addictiss. ac obsequentiss. seruus

Io. Baptista Picalca.

Eremitt. Camald. M. Regij prope Varsaviam.

STV-

STVDIOSO LECTORI.

Martinus Fornarius S. D.

INstitutiones, quibus doctrina moralis casuum conscientiæ continetur, multi ediderũt; praxim verò compendiariam pauci: id nimirum causæ fuit, cur

mi-

mihi hic labor demandaretur; & hanc institutionem tandem Deo fauente darem; non quidem perfectam, sed qualem per occupationes licuit; si minus cum elegãtia, & copia, certè cum diligentia, curaque non vulgari elaboratam. Hanc autem eo libentius adhibui, quod id à

mul-

multis desiderari animaduerterem; vt hoc subsidio, cum minori labore, atque vberiore fructu confessarij munere suo fungerentur. Porro ut pluribus vsui esset, ad eam methodū formamq; aptaui, vt non solum nostri ordinis sacerdotibus sed alijs etiam omnibus esset accommodata; vel

sal-

ſaltem illis viam, ad aptiora iuuandorũ pœnitentium remedia cõparanda aperiret. Rogo igitur te, optime Lector, vt hos qualeſcunque conatus, non re, ſed volũtate metiaris; vtque alijs proſint, deuotis à Deo precibus impetres. Vale.

CAPITVM.

Tract. I.

Tract. II.

De statibus confitentium.

De Sa-

Vbi

Tract. III.

De remedijs peccatorum.

FINIS.

PROOEMIVM.

QVAE de praxi audiendi confessiones varijs in locis Theologi ſcripſerunt, hæc colligere, & in compendium conferre ſtatui, vt noſtris confeſſarijs magis in promptu ſint, & facilius percipiantur. Qui labor ſi optatis votis reſponderit, operæ pretium me ad animarum ſalutem, pro Dei optimi maximi gloria feciſſe lætabor: ſin minus occaſionem dabo peritioribus, vt opus inceptum perficiant, vel vtilius aggrediantur; decet enim patres ſpirituales, & maximè Societatis noſtræ, in animis pœ-

nitentium informandis esse conformes; quod vix sine instructione fieri potest. Hæc autem nostra institutio docet, quomodo se gerere debeat cõfessarius ante confessionem, in confessione, & post ipsam: quomodo item cum omnis generis hominibus, & præsertim in adhibendis remedijs peccatorum, quæ tribus tractatibus comprehendam.

TRACTATVS PRIMVS.

De ijs, quæ præstare debet confessarius ante confessionem, in confessione, & post ipsam.

CVM totus hic libellus in tradenda ratione versetur animi curandi, ac salutari peccatorũ expiatione sanandi, intelligat lector, solum de praxi iam dicta in eo agendum esse, non autem de casuum conscientiæ doctrina, quam in hac institutione statuendam potius esse duximus, quam inferen-

ferendam. Obiter tamē interdum, cum res ipsa postulabit, aliqua attingam, & ex doctoribus scholasticis paucos afferam ex recentioribus, qui alios adducunt, & ab omnibus facilè prae manibus haberi possunt.

De ijs, quae confessarius praestare debet ante confessionem.
Cap. I.

COnfessarius, vt cum dignitate, & fructu munere suo fungatur, rectè perpendat, & intelligat oportet, quod diuinissimum est opus, esse Dei ministrum ad reducendas animas ad suum principiū, vt ait D. Dionysius lib. de Eccles. Hier. & gloriosum esse Dei coadiutorem, vt ait D. Bernardus; atque hoc onus angelicis humeris formidandum maioris esse pōderis, quā, vt proprijs viribus ab homine sustineri possit, nisi diuina roboretur
Cap. 3.

virtute, qua fretus Apostolus, Omnia, inquit, possum in eo, qui me *Phil. 4.* confortat quamuis ergo nihil difficilius sit, quàm obdurata hominum corda, terrenisq; affixa emollire, atque ad Deum conuertere, diuini tamen Spiritus feruore, & ope id assequimur; ex quo profectò intelligitur, qua cordis puritate esse debeat confessarius, & quàm Deo coniunctus. Cogitet præterea pœnitentem, qui accedit ad confitendum peccata sua (quem etiam ipsius muneris erat quærere quasi ouem errantem.) à Deo sibi missum, vt pretio sanguinis filij eius per sacramentum applicato, tanquam eius minister soluat, sanet, illuminet, à periculis eruat, & in viam salutis dirigat. Nec conturbetur quod aliqui nihil proficere videantur; quia animarum conuersio, non ab hominis arte, vel ingenio, sed ab vno Deo est; propterea, Nos, qui firmiores sumus, debemus imbecillitates infirmorũ sustinere,

Chryso. ho. 10. in epist. ad Hebr.
Rom. 15.

& non nobis placere: diuinũ præterea auxilium implorare, & patien-
1. Cor. 13. ter expectare; Charitas enim patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: quare tibi persuadeas accidere facile posse, vt is de cuius salute nũc desperas, sanctior te euadat, & in cęlesti gloria præcedat; quia, Nõ est abbreuiata manus Domini; sed potens est iterum
Esai. 59. statuere illos. His igitur cogita-
Rom. 11. tionibus incitati, hilares sacrum hoc munus complectamur, Omnẽ ostendentes mansuetudinem, (vt
Tit. 2. Diui Pauli verbis vtar) ad omnes homines, eramus enim aliquan-
1. Cor. 9. do, & nos insipientes, increduli, errantes, seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, atque omnia omnibus facti, omnes lucrifacere contendamus, nam vt ait Chrysostom. homil. 40. super Episto. 1. ad Cor. quo plures socios quisque du
1. Thes. 3. cet in cælum, eo erit beatior; quod si ex sententia non succedat, certo
scimus

ſcimus non fore inanem laborem noſtrum in Domino; imò pro Chriſto Redemptore, laborare, & pati, maximæ mercedis loco nobis eſſe debet; ſed vt propius ad rem accedamus.

Chryſo. ho. 8. in epiſt. ad Epheſ.

1 Cum præter ſcientiam, ſigillum, prudentiam, & morum probitatem, requiratur in confeſſario poteſtas tum ordinis tum iuriſdictionis; quoniam eſt iudex in foro conſcientiæ loco Dei conſtitutus, videat in primis, an ſit ipſe ritè approbatus ab Ordinario loci, & à N. P. Generali, vel à P. Prouinciali per quos Societatis noſtræ priuilegia nos communicamus. Item an pœnitens pertineat ad ſuam iuriſdictionem, & quouſque ſe extẽdat ſua poteſtas quoad caſus præſertim reſeruatos, & cenſuras, votorum commutationem, diſpenſationem, &c.

Reg. Prou. cap. 3. §. 26. Cõp. priu. in Procem.

2 Ignorantes neceſſaria ad ſalutem, primùm doceat iuxta ea, quæ nos infra, vel mittat ad aliquem in-

Henri. l. 6. cap. 28. Tract. 3. ca. 9.

instructorem, præterea si in principio confessionis animadertit poenitenti deesse attritionem adiuuet; vel si est obstinatus, dimittat, Deoque commendet; adhibita admonitione D. Gregorij past. parte 3. adm. 14.

Infr. trac. 2. c. 17.

3 Videat an pœnitens se præparauerit, vt pro qualitate personæ, temporis, & aliarum circunstantiarum satis esse iudicauerit, de quo Tolet. lib. 3. cap. 17. Suarez disput. 22. sect. 10. in fi. & disput. 23. sect. 3.

4 Si accedat aliquis ipsi ignotus, interroget quampridem sit confessus, & an pœnitentiam in superiore confessione iniunctam impleuerit; & si fortè omisit, quam ob causam omiserit. Ad hæc cū longa est confessio, & personæ circūstantia requirit, inuestigare expedit vitæ genus, seu exercitationem, an retineat aliena, an occasionem habeat peccandi, an odia, vel nimicitias exerceat, an inciderit in aliquā

Henri. l. 6 c. 29.

cen-

censuram, aut in casum reseruatũ; an angatur scrupulo de p̃teritis cõfessionibus, & similia, quæ impediũt absolutionẽ; quæ si negetur post au ditam confessionem; dolorem afferet pœnitenti, & cõturbationis occasionem.

5 Pœnitentibus, qui timidi, vel pusillo animo sunt, animos det, & ad fideliter confitenda peccata sua hortetur; vel ex eo maximè, quod salutare hoc remediũ Dominus instituerit, quasi animæ ægrotæ medicinam, paratus pœnitentem, vt filium prodigum recipere; nam Quo modo miseretur pater filiorum, miseretur Dñs timentibus se, qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum; & est suauis, & mitis, & multum misericors; pollicens non solum gratiæ, aliisque donis propter peccatum perditis, illum restituere, sed maiora etiam addere; dummodo cum debito dolore, & proposito emendationis confiteatur, quia Deo purissimo nihil est tam dignum

Ant. 3. p. ti. 14. c. 17. §. 5. Henr. l. 6. c. 31. num. 7.

Psal. 102. Psal. 85. August. in eum psal.

gnum, quam puritas, & purificatio, vt ait Gregorius Nazianzenus. Ora. 3. Adiungat etiam consolationem ex Dei promissione, Ezechiel 18. Si autem impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor amplius. Et Miche. 7. Proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Item Isa. 1. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum quasi nix dealbabuntur; Vbi obseruandum est; dealbari peccata per pœnitentiam; quia scilicet homini iustificato, præterita peccata decori potius sunt, quam dedecori, vt Tertullia. libro secundo, contra Marcionem; Contra verò sine pœnitentia decedentium peccata, toti Mundo manifesta fient, cum æterna confusione, & pœna; vt idem Tertullian. notat libro de pęnitentia. Affert item animum, quod Christum Dominum, qui Iudex est, habet etiam Aduocatum, vt prima Ioan. cap. 2.

Si quis inquit, peccauerit Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, &c. & Paulus ad Hebræos 7. Semper viuens ad interpellandum pro nobis, idemque ad Romanos 8. Ac ibidem capite quinto ait. Si cum inimici essemus reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Cap. 5. Atque ea propter D. Iacobus. Confitemini, inquit, alterutrum peccata vestra. Addat præterea quòd cum posset Dominus iure suo magis ardua iubere, solum præcipit confiteri peccata sacerdoti, qui sub secreto sacramentali omnia recipit, ac pœnitentem ipsius Dei nomine absoluit, & humaniter tanquam pater consolatur, & instruit. Plura de his lege apud Origen. homil. octaua, in Genes. D. Gregor. libro octauo, moral. cap. quinto, & 10. Item libro 30. cap. 16. & lib. 31. cap. 18. & Pastor parte tertia adminis. 30. Item Chrysost.

ſoſtom. homil. 3. 5. 40. 41. 77. 80. ad pop. & 68. in Matth. & 33. in Ioan. hom. 9. ad Hebr. & homil. 2. in pſalm. 50. lege etiam quæ nos infra tracta. ſecundo, cap. 17. His denique præmiſſis confeſsionem aggrediatur, benedicto primùm pœnitente, & dicto Confiteor, aliaue oratione, ſi initio hæc præſtita non ſunt.

De ijs quæ ſeruanda ſunt confeſſario in ipſa confeſsione. Cap. II.

Tolet. l. 3. cap. 18. Henr. l. 6. c. 28. § 4.

1 CVret vt ipſi pœnitentes primùm dicant, quæ memoriæ occurrunt, deinde cum opus eſt confeſſarius ſuppleat iuxta ordinem decalogi, & præceptorum Eccleſiæ, præcipuè autem interroget circunſtantias peccatorum, quæ mutant ſpeciem, vel in infinitum, aut notabiliter aggrauant, vel minuunt; & circunſtantiam ſcandali, numerum peccatorum,

Henr. l. 5. c. 5.

&

& tempus quo perseuerauit in peccato, si est habituatus; quoties item eo tempore interrupit voluntatem actu contrario, vel etiam diuerso si magnum intercessit temporis interuallum, seu longa cessatio, vel quoties actu externo peccauit in singulas hebdomadas, vel menses plus, minus; præterea de actu interiori, cum consensu in peccatum, saltem interpretatiuo, & de cogitatione morosa, de intentioue mala in actionibus, de occasione peccandi, & an sit recidiuus. Atqui dum confitetur peccatum pertinens ad vnum præceptum, ne transeat ad aliud, nisi illud primum examinet diligenter; & denique ad sextum, & septimum præceptum decalogi, reducat nonum, & decimum. Idem Henr. d. cap. 5.

2 Coerceat eos, qui superflua dicunt, & ad confessionem non spectantia, præsertim scrupulosos; contra vero suggerat ijs, qui omit-

omittunt necessaria, vel propter ignorantiam, vel quia non accedunt satis parati, nempè iudicia temeraria, aliaque peccata mentalia, detractiones, & similia: plerique enim formam eandem crassam semper obseruant; grauiora tacentes.

3 Peccata luxuriæ studeat, vt honestis verbis explicentur, eaque cautè interroget, paulatim à cogitationibus, ad verba; deinde ad actus progrediendo, caueatque nedum nimis curiosè impudica inuestigat, ipse in tentationem incidat, vel pœnitentes peccata discant, aut ad ea prouocentur; idque cum puellis, & pueris maximè obseruandum est, vt infra patebit. Neque confitentem arguat, nec admiratione conturbet, antequam finiat confessionem, ne exterritus peccata sileat. Adhæc videat, ne dum alijs prodesse nititur, sibi noceat, vt monet Gregorius 27. moral. cap. 27. propterea

Tolet. l. 3 c. 19. Henr. lib. 6. c 27. Suar. disp. 32. sect. 3.

Tract. 2. ca. 59.

rea adhibeat antidotum, vt ſolent medici tempore peſtis, nimirum orationem iaculatoriam, qua animum ad Deum ſæpè leuet eius auxilium implorando; mentemque ſtatim ad alia diuertat, & ſic iacula euadet malarum cogitationum, ei enim qui facit, quod in ſe eſt Deus nunquam deeſt, idque figura explicatur. Exod. 30. maris aenei ante fores templi ad abluendum Sacerdotum manus, & pedes collocati; nam Sacerdotes audiendo confeſsiones lauant hominum mentes, & quamuis ipſis maculentur, quia perdunt ſerenitatem, tamen tanto facilius eorum tentatio eripitur, quanto miſericordius ex aliena tentatione fatigantur: vt Gregorius Paſt. parte ſecunda, cap. quinto, lege etiam Caietan. Opuſcul. tom. primo, tract. 22. Nauarr. cap. primo, num. 12. ad auferendos ſcrupulos confeſſarijs, & ad cautelam addendam.

Etſi

4 Et si suspicatur interdum pœnitentem in aliis confeßionibus non dixisse numerum peccatorum, nec ipse de hoc se accusat, eum non interroget de hac re, sed relinquat in bona fide; nam præsumere debet confessarium functum esse officio suo: similiter cum tacet peccatum, quod aliunde certò scit illum commisisse. Hæc tamen magis explicatè docet Nauarr. consil. 11. de pœnit. & remiss. Suar. dispu. 32. sect. 3. Henriq. lib. 6. de sacramen. cap. 20. §. 6. qui alios doctores afferunt.

5 Si dum coniugatorum confeßiones audit, impedimentum aliquod dirimens matrimonium in eis cognouerit, vel impediens petitioné debiti coniugalis illis ignotum, ipsis ne detegat, sed eos in bona fide viuere sinat, vsque dum dispensandi cum eis facultaté obtineat, vel consulat peritiores: & idem obseruet cum ex correptione maius malum timet. Suar. disputa.

32. sect.

32. sect. 4. Henr. lib. 6. cap. 28. lit. b. & plerique alij quos citant.

6 Non absoluat eos, qui habent certam notitiam alicuius peccati, ex quo imminet graue damnũ Cõmunitatis in futurum, nisi statuant reuelare superioribus, quibus, illi, prospicere incũbit: quod tamẽ cautè, & cum consilio fiat, ne in perniciem cedat pęnitentis, si temerè reuelet; satis est tamen aliquando secretò, vel per alium reuelare.

7 Cum temerè pęnitens complicem reuelat, corrigat eũ Cõfessari⁹, neq; ad illum sibi prodendum instigabit, nisi cum eius saluti expedire iudicabit. Henr. lib. 6. c. 9. & 10. Suar. disp 34. sect. 1. & communis.

8 Confessarius non debet esse nimius in rogando; quia nõ de omnibus, neq; omnia singulos expedit interrogare, sed habita rõne personę, loci, temporis, & integritatis cõfessionis, ea tamen quæ arbitratur esse necessaria, rogare tenetur; vt probat Suar. disput. 32. sectio. 3. num. 5.

Henr.lib.5.de sacram.cap.4.§.10.

9 Quare interroget in fine confessionis præter illa, quæ supra attigi, an voluerit aliqua peccata committere, quæ non potuit, an egerit aliquid contra grauem remorsum conscientiæ, vel cum conscientia erronea, nempe putando, vel dubitando illud esse peccatum mortale, qđ verè non erat eiusmodi; Item an se exposuerit periculo peccandi; an excõmunicatꝰ interfuerit Missæ, vel alijs diuinis officijs, an cum excommunicatis communicauerit in diuinis, vel fuerit causa violãdi interdictũ, suspensionem, an aliquid fecerit contra reuerentiã loci sacri; an defuerit officio suo, seu obligationi, an induxerit aliquẽ ad peccandũ, saltem indirectè. Itẽ an aliquid recordetur, quod eius conscientiã vexet; & generaliter confiteatur, se offendisse Deũ suis sensibus, & potentijs, & defecisse circa opera misericordiæ, & multa præcepta affirmatiua virtutum, vt Fidei, Spei, & Charita-

tis, humilitatis, patientiæ, & cõuersionis in Deum primo tẽpore vſus rationis; itẽ virtutis religionis, qua debet Deum venerari, orare, eique pro innumeris, & maximis beneficijs gratias agere, & tamẽ offendit; accuſet deniq; ſe de omni alio actu, in quo diſplicuit Deo, vel fuit cauſa, vt aliquis alius peccaret, vt ipſe Dominus, melius nouit, qui ſcrutatur corda hominũ. Quæ, & alia multa ex interrogatorio petet, quod paratũ habere oportet ex directorio Polanci, vel ex ſumma Henriq. lib. 6. de ſacram. ca. 29 & 30. Ego enim illud breuitati ſtudens ſpontè omiſi, quod hic libellus nimis creſcere videretur.

De ijs quæ præſtare oportet in fine confeſsionis. Cap. III.

1 POenitentem ſedulo, ſed manſuetè hortetur ad obſeruationem diuinæ legis, & in virtutibus progreſſum, eique pœnas, & pœni-

tentias meritas indicet, vt paulatim ad pęnitentiam acceptandam dispo natur, simulq. correptionem, & pec catorum remedia adhibeat, vt spiritus, & prudentia sugesserit iuxta ea, quæ in tractatu tertio dicentur; lege Orig. hom. 27. in num. Greg. 19. moral. cap. 22. & hom. 15. 16. 17. in Ezech. Cassia. colla. 24 cap. 23.

In eo autem maximum momentũ esse ducat, vt pœnitens constanter proponat in posterum nunquã amplius peccare; quare si non est côtri tus, curet, vt saltem ad attritionem necessariã inducat; Ex his quæ nos tract. 2. c. 17. At vero tutius est, ante absolutionem pęnitẽtiam iniungere cum grauis est, ne postea recusetur, vt Nauar. cap. 26. nu. 10. Tol. lib. 3. cap. 12. Henr. lib. 5. c. 22. §. 10.

2 Quãuis omnia opera bona pro satisfactione iniungi possint, ea tñ ad tria capita reducũtur, nempè ad ieiuniũ, orationem, & eleemosinã. Ad ieiunium spectant oẽs carnis, af flictiones, idest flagellationes, absti-

nentiæ,

nentiæ, cilitia, vigiliæ, peregrinationes, super solo, aut super tabulis accubatio, & aliæ eius generis. Orationis verò nomine, non solum intelligitur vocalis, psalmorum, coronæ, Rosarij, &c. sed etiam mentalis meditatio, lectio librorum spiritualium, missa, & alia diuina officia, conciones, frequentia sacramentorum, & similia. Eleemosina denique comprehendit omnia opera misericordiæ corporalia, nimirum curare infirmos, visitare hospitalia, excipere peregrinos, & id genus alia; ex quibus eliget cōfessari⁹ aliqua prudenter, habita ratione grauitatis, & numeri peccatorum, contritionis item, sexus, ætatis, & dispositionis corporis, status, temporis Iubilęi, & opportunitatis implendi, videatq. in primis ne pęnitentię quas imponit, in præiudicium tertij cedant; deinde ne pro peccato secreto iniungat pœnitentias publicas, nisi spontè ille peteret, & expedire ipse confessarius iudicaret. Tertio

Henr. l. 1. c. 21 §. 2.

Henr. ibid. §. 6.

tio procuret vt pœnitentia sit non solum afflictiua, sed etiam præseruatiua, & moneat non posse impleri p actus aliàs debitos ex præcepto, nisi id confessarius exprimeret, quando autem exprimere debeat, ipsius prudentiæ relinquitur. Lege Suar. disp. 37. sect. 4. Henriq. lib. 5. ca. 21. §. 2. qui alios supplet. Quarto suadeat libenter implere pęnitentiā, immò, vt alias sua sponte assumat ad augēdum meritum, ad minuendas pęnas Purgatorij, ad placandum Deum, ad disponēdum animam ad gratiā, ad remedium peccatorum, & ex his quæ nos infra tract. 2. cap. 17. Quinto, quomodo autem possit mutare pœnitentiā ab alio confessario impositam præsertim superiore, & eā moderari, & declarare habes ī Suar. disp. 38. sect. 10. Henriq. lib. 5. cap. 22. Nauar. c. 29. num. 21. & 22. qui alios referunt. Sexto, quamuis nō sint iniungendæ pęnitētiæ iuxta antiquos canones, eas tamen indicare prode rit, & tandem potius inclinare in

mise-

misericordiam, quam in seueritatem, vt Henr. lib. 5. de sacram. ca. 22. § 9. & lib. 6. cap. 26. §. 8. Nauar. cap. 26. nu. 17. Chrys. lib. 2. de sacerd. Videat tamen si leuia quædam opera pro grauissimis delictis iniungat, alienorũ peccatorũ particeps fiat, eiusmodi sunt blasphemiæ, homicidia, sodomia, adulteria, stupra, sacrilegia, proditiones, & alia eiusdẽ generis. Illud etiam adiungo plurimũ scilicet conferre, vt singulis peccatis contraria adhibeantur remedia, eaque pęnitentiæ loco imponãtur, de quibus sigillatim tract. 3. dicam. Leues item, sed diuturnas pęnitentias iniungere, exempli gratia, vt quotidiè cum surgit, cogitet, se esse moriturum, deambulet per hospitale, audiat Missam, osculetur terrã & similia opera, solent enim plurimum prodesse. Septimo cum pænitens recusat sine causa pęnitentiam præseruatiuã necessariam eius emẽdationi, non est absoluendus; quia signum est eum non esse benè dispo-

Conc. Tri. Sess. 14 cap. 8. de sacr. pęnit.

 situm.

situm. Alijs autem posset facilius in dulgere, commutando cum rogant in alia opera. si quis autem nullam velit implere, eum non absoluat.

Henr. l 5. ca. 20 §. 5.

Octauo, distinctè explicet, quod iniungit pœnitenti, vt rectè intelligat quid teneatur implere sub præcepto obligante ad peccatum mortale, & quid de consilio; & an aliquã Pœnitentiam possit implere per alium Henr. lib. 5. cap. 21. Ant. 3. par. tit. 14. cap. 19. §. 19. & alij.

3 Cum in confessione aliquis casus reseruatus occurrit, vel ipse cõfessarius petit a Prælato facultàtem absoluendi, tacito nomine pœnitentis; vel si sine scandalo fieri possit, ipsum pœnitentem ad Prælatum, seu ad Pęnitentiarium mittat, qui vel absoluat eum sacramentaliter, vel concedat facultatem, vt absolui possit a proprio confessario.

4 Si quãdo ordinarius suos casus reseruatos, seu totã suam potestatẽ alicui confessario cõcedit, nõ poterit hic absoluere, nisi a casibus, & cẽ

suris

ſuris reſeruatis, & expreſſis in edicto reſeruationis; non autem ab alijs, quæ in Iure Epiſcopis conceduntur, & præſertim cum requirunt ſpecialem commiſsionem, vt quæ continetur in Conc. Trid. Seſſ. 24. ca. 6. de reformat. & alibi. Nec etiam talis diſpenſare poterit ab irregularitate, nec in votis, vel iuramentis, neque hæc commutare, niſi id ei expreſſè committatur, idq; tunc intelligitur conceſſum in foro conſcientiæ. & in ſacramenti pęnitentiæ adminiſtratione. Nauar. cap. 26. nu. 31.

Cap. in generali de reg. iur. in 6. Naua. ca. 27 nu. 259.

5 Circa abſolutionem, vt intelligat Confeſſarius quando eam dare, quando negare, & quando ſuſpendere debet, hæc animaduertenda ſunt. Primum ſi pœnitens integrè confeſſus videtur cum debita cõtritione, & pœnitentiam acceptauit, tenetur cõfeſſarius eum abſoluere. Secundo ſciat quæ verba ſunt eſſentialia, quæ ſubſtantialia formę, quęue ad decentiam adiuncta, tam pręcedentia abſolutionem ad diſponẽ-

dum pęnitentem, quã subsequẽtia, quæ propterea adduntur, vt omnia opera virtute clauium fiant ei satisfactoria, vt cũ D. Thoma docet Nauar. c. 26. nu. 11. Tolet. lib. 3. cap. 12. Suar. de pæn. disp. 19. Henr. lib. 4. de sacram. ca. 11. & 12. Tertio absoluat pœnitentẽ à censuris sub solita forma conditionali, (quãtum possum, & indiges) antequã absoluat à peccatis, sed tamen à suspensione solos clericos ordinarios; in reconciliationibus autem leuium peccatorũ, seruetur consuetudo. Cum vero scit aliquem esse excommunicatum, nõ absoluat à peccatis antequã absoluat ab excõmunicatione, vel ipse, vel alius, qui habet potestatẽ. Quarto nũquam absoluat à peccatis sub conditione de futuro, vel sub ratihabitione, quia non esset valida absolutio; sub conditione vero de præsenti, vel præterito absoluens peccaret; quia verba formæ mutare nõ licet; valida tamen esset absolutio. In aliquo tamen casu licitum est

Nau. ca. 26. num. 7.

sub

ſub conditione improprie ſumpta abſoluere; vt cum quis abſoluit puerum, vel phreneticum, vel infirmũ in articulo mortis, & dubitat, an habeant plenũ vſum rationis, poterit abſoluere; retenta ſaltem in mente ea conditione; ſi es capax abſolutionis, vel ſi poſſum, ego te abſoluo, &c. Henr. l. 4. de ſacram. cap. 12. §. 5. cum Medina Penna, & alijs. Cum vero abſoluitur aliquis, qui aliàs non poſſet abſolui, niſi promittat ſatisfacere, vel reſtituere, vel ſtare mandatis Eccleſiæ, ſeu ſeruare ſacros canones, vel remouere occaſionem, acceptare data remedia, &c. promiſſione præſtita debet abſolui, nō conditionatè, ſed ſimpliciter, ſub ſolita forma, vt alij pęnitentes. Quinto eos qui ſunt in articulo mortis, non abſoluet à reſeruatis præſente Prælato, vel cum poteſt commodè peti ab eo facultas; alioquin ſi hæc non ſuppetunt abſoluet ab omnibus, iuxta facultatem ab Eccleſia conceſſam, hoc tamen diſcrimine, quod

Conc. Tri. ſeſſ. 14. ca. 7.

quod cum absoluit ab excommunicatione admonendus est pœnitens, vt si conualescat, se præsentet suo Prælato, vel ab eo absolutionẽ procuret. Cum autem absoluit à casibus reseruatis, qui non habent annexam excommunicationem, nulla remanet obligatio, sed est simpliciter absolutus. An autẽ possit Iurè absoluere, eum qui in dicto articolo signa tantũ contritionis ostendit, cõsulat Doctores; vt in extrema illa necessitate, promptè saluti proximi consulere possit; propterea lege ca. multiplex de pœn. distinct. 1. & cap. is qui in infirmitate 25. q. 6. Tolet. li. 3. cap. 8. & 20. & lib. 1. cap. 15. Suar. d spu. 30. sect. 3. Henr. lib. 5. de sacram. cap. 12. & lib. 6. cap. 11.

de sacra. pœn. cap. eos qui de sent. excom. lib. 6.

6 Cum aduertit pænitentem non esse dispositũ, nec posse tũc adduci, vt disponatur, neget absolutionem, ita tamen, vt rationabiliter id fieri intelligat, quoniã deest officio suo. Nauar. cap. 3. num. 10 & 20. Tolet. lib. 3. cap. 18. Similiter cum iudicauerit

uerit esse suspendendam ad tempus absolutionem, vt fieri oportet aliquando cum recidiuis, cum tepidis, cum habentibus occasionem proximam peccati cum retinentibus aliena si præsertim alias confessarium deceperunt, cum habentibus casus reseruatos, & maximè cum excommunicatione. Nau. c. 26. num. 4.

Item cum dubitat an pænitens sit benè attritus, vel cum alia ratione probabiliter dubitat confessarius, an eum possit ritè absoluere, vt infra dicemus. Certum est enim posse impertiri absolutionem longo tempore post auditam confessionem, vt cũ communi sententia docet Henr. lib. 4. de sacra. cap. 11. §. 6.

7 Eos qui vota emissa non impleuerunt cum possent, absoluat à trãsgressione voti, si aliàs sunt benè dispositi, & constituat illis tempus, quo implere teneantur, vel si uidebitur profuturum, suspendat absolutionem, si autem non possunt implere, vel non commodè, videat.

an expediat commutare, vel dispensare, & obtenta potestate, commutet simul, & dispenset, si subsit causa; hoc enim tutius est, vel mittat ad Prælatum.

8 Ne absoluat à suspēsione sacrę pænitentiariæ, sine speciali cōmissione, quia est veluti sentētia superioris. Lege Nauar. cap. 27. nu. 151.

9 Irregularē, & suspensum poterit quidē absoluere à peccato, nisi sit casus reseruatus, moneat tamen manere censuras nisi ex priuilegio, vel ex speciali commissione eas etiā auferre possit; attamen cum irregularitatē tollit, dicat dispenso tecum super irregularitate, quam incurristi ob talem causam, &c.

10 Expedit aliquando suspēdere pænitentem à sacra communione, nimirum ratione scandali, vt cum fuit aliquis publicus peccator, vsq; ad debitam satisfactionem. Secūdo vt se melius præparet. Tertio post sumptum cibum, vel potū à media nocte, nisi communicaret per modum

dum viatici. Quarto ratione reuerentiæ, vt propter tussim, vomitum, vel simile impedimentum. Quinto cum iudicat alijs de causis ei profuturum, ad morum probitatem, & progressum in spiritu. Moneat tamen pœnitentem cum est clericus initiatus, hanc non esse censuram suspensionis, sed prohibitionem tâtum confessarij ad vtilitatem ipsius pœnitentis.

11 Cum quis à cēsuris, seu à peccatis reseruatis, ritè absolutus ab eo, qui habebat potestatem recordatur alicuius alterius peccati reseruati, cuius oblitus est in cōfessione, poterit à proprio cōfessario absolui, quia propter absolutionē illā generalem desijt esse casus reseruatus, nisi reseruaretur alteri potestati, quam prior ille confessarius non habebat: secus tamen sentiendū est de commutatione, & dispensatione votorum; quia hæc non se extendit ad oblita, cum nō detur in genere, nisi expresse id ille intenderet, qui di- Nau. cap. 26. nu. 13. Suar. disp. 31. sec. 4. nume. 12. 23. & 24.

dispensat, & potestatem haberet, & subesset causa legitima, nēpe ad tollendos scrupulos, propter leuitatem in vouendo, aut alia similis.

12 Quamuis comparationes cū in eas pœnitens propria sponte prorumpit ex feruore spiritus, meritoriæ sint, ab illis tamen proponendis omninò abstineat confessarius, ne laqueos tendat pęnitenti; sed in genere interroget, an sit paratus ab omni Peccato abstinere, & Dei fretus ope, eius legem obseruare, non tamen ad id obliget, noua adiuncta promissione, aut voto, vt Naua. cap. 26. num. 2.

13 Post absolutionem primum gratias agat Domino Deo, quod pro eius amore concessit laborare ad salutem proximi; deinde oret pro pœnitente, & in alijs etiam orationibus eum Deo commendet, eaque facie cum ipso in posterum agat, ac si peccata eius prorsus ignoraret; tum quia non scit illa, vt homo; tum quia immundus is haben-

Att. 13. dus

dus non est, quem Christus suo sanguine purificauit, vt ex Petri illa visione, Deique responso liquet, & exponit Tertul.lib.2. cōtra Marcionē, Chrys. hom.9.& 12.ad Hebr. & alibi, vt infra patebit. Tertio sigillum seruet inuiolabiliter, ita vt neque cum ipsomet pænitente, de peccatis in cōfessione auditis loquatur, sine ipsius saltem tacita licentia, cū alijs verò in nullo casu, nisi cum licentia eius expressa; & tum curandum, vt sine scandalo, ac sine eius periculo, aut damno vllo fiat. Ad sigillum autem pertinent omnia peccata audita in confessione, etiam cum negata fuit absolutio. Item audita extra confessionem, sed tamen in ordine ad illam, & verò etiam peccata aliorum in ea quomodolibet reuelata. Caueat præterea, vt non solum directè, sed nec etiam indirecte reuelet sic audita, etiā post mortem pęnitētis, quod multis modis pōt accidere de quibus Syl.cōfess.3. Naua. cap.8.num.11. Tolet.lib.3.cap.16.

Herinq. lib.6.de sacram.c.21. Suar. disp.33.& alij. Propterea caueat, ne dum vnũ pęnitentẽ laudat, alteri detrahere videatur, vel dũ sibi videtur generatim loqui, alter pp circunstãtias veniat in cognitionẽ peccatoris. Optimũ igitur consiliũ est, vt cõfessarius nũquã temere de rebus auditis in cõfessione loquatur, nec ẽt vniuerse: immo vero neque cum ad petendum consiliũ dubia proponit, dicat se quidquã in cõfessione audiuisse, sed generatim postulet, quid agendũ, si talis casus accideret, &c. Cum aĩt petit à Prælatis facultatẽ absoluendi à casibus reseruati in genere quãtũ fieri potest loquatur, ne dum incaute ad singulares circũstãtias descendit, pænitentis personã prodat. Prælati autẽ dũ ab eis petitur dicta licentia, intelligant se teneri ad seruandum sigillum eadem lege secreti; & caueant, ne vlla ratione in cognitionem delinquentis venire curẽt; neue tales ibi accidisse casus alijs reuelent; ne item ea no-

titia in alium finem vtantur, quam in salutem spiritualem ipsis pænitẽtis in foro conscientiæ seruato sigillo; hęc enim Dei iudicio reseruãtur, quod is perperam vsurpat, & peruertit, qui cõscientiæ forum cũ exteriori permiscet. Quomodo autẽ pœnitentes teneantur seruare sigillum secreti exponit Henr. lb. 6. cap. 2. §. 5.

14 Si posteaquam pęnitens malè absolut⁹ discessit, cõfessarius animaduertit se errasse, quia scilicet illum iure absoluere nõ poterat, vel quia non obligauit ad debitam restitutionem; aut quia falsum consilium dedit, præsertim in præiudicium tertij, &c. consulat Doctores, & remedium quod potest, adhibeat; vel denique Deo committat, & cõmendet lege Ant. 3. par. tit. 17. cap. 12. Nauarr. cap. 26. nu. 14. Suar. disp. 32. sect. 6. de pœnit. Henr. lib. 4. de sacramen. cap. 12. §. 5. & lib. 6. cap 18. §. 4.

TRACTATVS SECVNDVS.

De ijs quæ præstare debet Confessarius cum hominibus cuiuscunq. status, & conditionis.

CVM confessarius præsertim curatus, pastor sit animarum, & spiritualis pater, ac medicus; eo totū studium, atque diligentiam conferre debet, vt animas sacramentis, verbo, & exemplo pascat, easque ad spirituale progressum instituat in omni genere virtutū, & infirmis medeatur, ita vt omnibus cōpatiēdo, & se ipsum aptando, omnes ad Deū conuertat, illud recolens, quod qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ saluabit animā eius à morte, & Cælū lætificabit,

Cap. omnis vtriusq; sexus, de pœnit. & remiss.

Iacob 5.

bit, vbi magna eſt illi merces repoſita. Quare ei curæ ſit, magno zelo, in dies nouas animas ad Deū trahere, nihil enim egregium agit, ſi ſolos deuotos conſeruat, qui ferè ſua ſpontè perſeuerāt. lege Greg. hom. 6. in Matth. & lib. 3. Dialog. cap. 17. & Chryſ. hom. 79. ad Populū. Quocirca cum multa, & varia ſint hominum genera, neq; eodē modo cum omnibus agendū ſit, quid cū ſingulis efficere debeat breuiter attingā.

De Dominis Temporalibus.
Cap. I.

STudeat in primis, vt Domini intelligant, & animo ſepe reuoluant non eſſe poteſtatē niſi à Deo, qui eſt Rex Regū, & Dominus Dominantiū; vt diſcant eū timere, qui aufert ſpiritū principum, totiſque viribus contendere, vt diuinam ipſius legē, & ipſi perfectè obſeruent, & ad eā obſeruandam ſubditos verbo, & exemplo hortentur, ac pœnis

Orig. hom. 11. in Exo. Gregor. 24. mor. ca. 15. & lib. 17. c. 12. Paſt. par. 3. c. 6.

cum opus fuerit coerceant, atque constanter statuant hanc vnam esse viam conseruandi perpetua dominia, si altissimi Dei legem rebus omnibus præferant, & pro eius gloria non solum diuitias, & Regna, sed vitam etiã profundere parati sint. Moneat item pro peccato vnius solere Deum in totam communitatẽ animaduertere, vt patet Iosue 7. & obseruat Chrys. hom. 6. ad Ephes. & hom. 1. in verba Isaiæ Vidi Dominũ, & Diu. Aug. super Iosue lib. 5. quęst.
Eccle 10. 8. Ad hæc superbiam ex eorũ animis
1. Tim. 6. euellat, quæ est initium omnis peccati, & auaritiam, quæ est radix omnium malorum; nedum nimium sibi tribuunt, & per fas, & nefas ditari contẽdunt; proprio periculo discãt dominari excelsum super regnũ hominum, qui exaudit clamorem pau-
Dan. 4. perum, vt Saul, Nabuchodonosor,
Psal. 9. & 21. Antiochus, & plerique alij exẽplo sunt; durissimum enim iudicium in
Sap. 6. ijs, qui præsunt fiet. Atque vt ad singula veniam, moneat, ne iniuste do-

minia

minia quærant, vel bellum ſine cauſa legitima moueant, ne tributa iniuſta exigãt, vel ceſſante cauſa propter quam impoſita fuerunt; Itẽ ne retineant ſeruorum mercedem, ne ſeruitia perſonarum, aut iumentorum iniuſte exrorqueãt: ne vſurpẽt bona communitatis, nec ſingulorũ Ciuium, neque eis damnum inferãt in venatione præſertim, ædificijs, &c. neue cogant ſubditos ad vendẽdũ perperam res ſuas, nec eos plus iuſto grauent; ſed bene tractent, ſciẽtes, quod vtrorumque Dominus eſt in Cælis, & perſonarum acceptio non eſt apud eum, vt monet Apoſtolus ad Epheſ. cap. 6. item ne iniuſte condemnent, vel damnari patiantur, nec compoſitionem reorũ permittant contra bonum commune, vel in præiudicium partis, aut contra leges, ne monopolia exerceant, ne ineptis, vel improbis officia diſtribuant, vel eos ad beneficia Eccleſiaſtica præſentent, ne conſiliarios, ſeu Iudices corrumpant, aut

Orig. hom. 20. in num. Greg. l. 24. moral.

corrumpi ſinant muneribus, ne officia vendant, quæ habent admixtā adminiſtrationem iuſtitiæ, ne iniuſtas leges cōdant, ne permittant maleficia vſuras, duella, vel peiora crimina, aut prauas conſuetudines; ne deſint officio ſuo in prouidendo bono communi, quoad victum, & defenſionem neceſſariam; & propterea ne ſint in rebus vanis, & ſumptibus ſuperfluis prodigi; ne ſubditos inuitos matrimonia contrahere cogant, ne contra immunitatem, aut libertatem Eccleſiaſticam quidquā agant, neque contra alias Canonicas ſanctiones. Poſtremo, vt ſuo munere tutius fungantur, ſi minus Congregationes Theologorum, & Canoniſtarum inſtituere poſſunt, pro rebus ſtatuendis, quæ periculum animæ concernūt, conſulant ſaltem
Prou c. 11. in his peritiores; nam, Salus eſt, vbi
Ibid. c. 12. multa conſilia, & qui ea audit, eſt ſapiens, & denique comperta aliqua, iniuſtitia, vel proximi damno, ipſorum culpa ſequuto, ad reſtitu-

ſtitutionem eos obliget. Huc igitur omnes conatus confeſſarij dominorum, & Principum intendant, vt diuinæ, & humanæ leges illis cordi ſint; ſic enim facilius fiet, vt deprauatos ſubditorum mores corrigant totique conſulant cõmunitati; atque has eſſe officij ſui partes intelligat confeſſarius, non autem ſe interponere in gubernatione Reip. vel Regni. Lege plura apud Bonauen. in opuſc. tom. 2. Biblia pauperum. cap. 102. Ant. p. 3. c. 4.

De Epiſcopis, alijſque Prælatis, & Parochis. Cap. II.

AGat cum his confeſſarius debita reuerentia, & modeſtia; cumque occaſio feret indicet, quæ ſint ſui muneris Eſt enim Epiſcopus paſtor ouium, & Rector Eccleſiæ quam Chriſtus Dominus acquiſiuit ſãguine ſuo; vt propterea omniũ virtutũ ſplendore ornatus, alijs lumen præferre debeat, oueſque ex officio paſcere ſacramentis verbo, & exẽ- Tolet. l. 5. c. 4. *Act. 20.*

plo;

plo; de quibus copiose sacri canones; maximè autem Concil. Triden. sess. 26. cap. 1. de refor. & alibi : Ex quibus patet primum eũ teneri de Iure diuino ad personalem residentiam, eo modo quo partim ipsi Canones, partim Doctores exponunt. Et item gregem sibi commissum nõ se ipsum pascere, vt prosequitur Chrys. hom. 59. in Io.

2 Quod tenetur subditorũ delicta corrigere, non solũ paterna correptione, sed etiam iuridica inquisitione generali, & speciali, seruato ordine Iuris, vsque ad sententiam, Quanta autem fortitudine, & charitate hæc præstãda sint, optimè exponit Greg. lib. 10. moral. cap. 3. & 8. Item lib. 9. ca. 22. & hom. 19. & 21. in Ezech. & alibi. Chrys. hom. 3. in 1. ad Cor. & 32. Bern. serm. 23 & 42. in Cantica.

Præterea discordes inter se conciliare, vt Gregor. lib. 24. moral. cap. 10. & homil. 11. in Ezech. pastor. par. 2. cap. 4. Et item inuigilare

Ad Hebr. 13.

tan-

tanquam rationem pro illis reddituri de quo Orig. ho. 20. in Num. Greg. 24. moral. cap. 16.

3. Ordines per se ipsum conferre, cũ potest, solis dignis, & Ecclesiastica beneficia iuxta canones, atque propterea cum opus fuerit, vtatur opera examinatorum, quos instituet idoneos, iuxta decretum Cõci. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform.

4 Potest, quæ spectant ad iurisdictionem committere etiam ijs; qui nõ sunt Episcopi; quæ autem pertinent ad ordinem, solis Episcopis.

5 Consecrare loca, & vasa sacra, & virgines, &c.

6 Tenetur interesse diuinis officijs saltem diebus Dominicis.

7 Prædicare per se, vel instituere idoneos prædicatores.

8 Celebrare Synodum in singulos annos, & ad Concilium prouinciale statuto tempore accedere. Conc. Trid. sess. 24. ca. 2. de reform.

9 Prouidere de idoneis ministris Vicario, Oeconomo, Notario, & de idoneis Theologis, & Canonistis, q

a con-

a cõsilio illi sint in reb. grauioribus.

10 Singulis annis Chrisma cõsicere.

11 Redditus superfluos Ecclesiæ, pauperibus distribuere, idest honesto tantum victu sibi reseruato.

12 Magistros aptos instituere, q. in sua Ecclesia necessaria doceant, nã Prælatus est veluti magister subditorum Bern. serm. 23. in Cant.

13 Visitare limina Apostolorum Petri & Pauli in Vrbe Romana, iuxta Constitutionẽ Sixti Quinti, quæ incipit Summus Pont.

14 Visitare Diœcesim iuxta decretum Concilij Tridentini.

Idem c. 3. Cap. si hære des de testam.

15 Inuestigare an impleta sint Testamenta.

16 Excommunicationes non leuiter decernere, vt Cõcil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reform.

17 Si est religiosus, substantialia Religionis suæ, quæ non repugnant muneri Episcopali, seruare tenetur.

Eccle. 19.

18 Moneat, vt in regimine non cuiq; facilè credat; nam, Qui citò credit leuis est corde. Itẽ quod vtrũ

que

que vitium eſt, & omnibus credere, & nulli, vt ait Senec. Lege Greg. 19. mor. cap. 14. & Bern. lib. 2. de conſider ad Eugen. Poſtremo ſi non poteſt officio ſuo debito ſatisfacere cũ dignitate, & fructu animarum renũciare tenetur, vt conſtat ex cap. iam pridẽ de renun. & doctores docent. Ex his patet maximè periculoſum eſſe ſtatum Prælatorum, & illũ ambire pernicioſũ; quare Chryſ. hom. 3. in acta ſic ait, Non arbitror inter Epiſcopos multos eſſe, qui ſalui fiant, ſed multos, qui pereant; qui ſæpè non damnantur proprijs peccatis, ſed alienis, quæ non curauerunt. Et Greg. paſt. par. 3. adm. 5. Prælatus, inquit, peccans, tot mortibus dignus eſt quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittit. Vnde tanto cautius debet ſe à peccato cuſtodire, quanto peccando non ſolus tantum moritur: ſed omnium animarum, quas prauis exemplis deſtruit reus eſt. Lege ẽt Bern. epiſto. 42. Hæc tamen eo tendere

intel-

intelligamus, ne scilicet Prælatura ambiamus, & ne Prælati, quibus tã- tum onus impositũ est, suis viribus se illud sustinere posse præsumant; sed Dei potissimũ ope nitantur; eique in primis placere studeant, vt ab eodẽ cõfortati omnia possint, lege de his plura in past. Greg. p. 1. c. 10. & p. 2. c. 2. & par. 3. adin 4. & lib. 2. in prim. reg. cap. 2. & lib. 5. moral. cap. 8. & lib. 24. cap. 14. Chrys. hom. 59. in Io. & 57. in Genes. Hieron. lib. 11. in Ezech. 34. Bern. epist. 236. & seq. & 201. & serm. Ecce nos reliquimus omnia, &c. Itẽ Can. in Scripturis can. qui Episcopatũ 8. quæst. 1. D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 2. Sylu. v. Episcopus q. 3. Bonauen. opusc. tom. 1. in pharetræ lib. 1. c. 11. 12. 19. & tom. 3. opusc. de sex alis seraphim. Atqui Parochus, & alij curari cũ sint coadiutores Episcoporum, tenẽtur ordines canonicè suscipere, & fidei professionem emittere; Item residere iuxta, decreta Concil. Trid. populo prædicare, & Chstristianam doctrinam

Ant. 3. par. tit. 19. & 20.

ctrinam

ctrinā docere, ſacramenta miniſtrare, S. Euch ſacramentū decenter aſſeruare, & ſtato tempore renouare, recentes hoſtias conſecrando, iuxta rituale Romanum. Miſſam celebrare, ſaltem diebus feſtis corripere peccatores, vel Epiſcopo denunciare cū publici ſint, & incorrigibiles; infirmos parochianos viſitare, & exhortatione, ac ſaramentis conſolari animas agonizantes adiuuare; & ad id legant methodum Polanci ad eos iuuandos, qui moriuntur editā. Studere item caſibus conſcientiæ, vt hæc rite præſtare poſſint; ſepelire mortuos ſine auaritię vel ſimonię nota; omnes denique oratione aſſidue ſubleuare; obſeruent tamen in his rituale Romanum. Et qui ſine ſpe emendationis populo ſcandalū præbent, vel pœnitentes ſeducunt, cogendi ſunt reſignare beneficium, vt patet ex dictis. Hæc ſatis, nam reliqua dicemus cap. ſequenti.

De Sacerdotibus, & alijs Clericis.

Cap. III.

MOneat Clericos, vt suæ dignitatis memores, assiduè meditentur, se in partem sortis Sanctorũ vocatos ac propterea, veluti à cæteris hominibus separatos viuere debere, & magis, quã olim filios Le-
Leu. 3. ui à reliquis tribubus, cum ad maiora sint vocati, & verò etiam sanctos eos esse oportere; nam, Sãcti, inquit
Ibid. 11. Dominus, estote quia ego sanctus sum, & Matth 5. Lumen Mundi, & sal Terræ dicuntur; propterea quod eorum munus est fideles, doctrina, & moribus illuminare, & spiritus sapore, condire. Ex quo intelligitur quanta virtute prælucere alijs teneantur, humilitate præsertim, obedientia, reuerentia, studio orationis, Fide, Spe, Charitate, & Castitate, de quibus singillatim aliqua attingam.

Humi-

I Humilitate ad exemplũ B. Virginis, quæ Dei mater electa, ancillam se Domini vocauit, iuxta consilium sapientis, Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiam; Imò Saluator ipse noster, & Dominus antequam discipulos sacerdotes crearet, eorũ pedes lauit, idemque vt alijs facerent ipsis præcepit. Et Matth. 11. Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Hanc igitur Domini humilitatem, & mansuetudinem nõ solum in sacramentis administrandis, sed in omnibus etiã suis actionibus sacerdos imitetur, atque maximè cum proximũ corripit; debet; enim instruere, vt fratrem in spiritu lenitatis, considerans se ipsum, ne similiter tẽtetur; item, Quia lingua mollis confringet duritiam Prou. 25. lege Augustin. soliloq. cap. 15. Chrysostom. homil. 3. de Dauid, & Saule: & homil. 6. in acta, & homi. 62. in Matth. Grego. item lib. 5. moral. cap. 22.

Luc. 1. *Eccle. 3.* *Matt. 11.* *Ioan. 13.* *Ad Gal. 6.*

2 Deinde in obedientia excellat, necesse est, cum minister sit Christi Domini, qui pro nobis Factus est obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis & item, Non veni, inquit, facere voluntatem meam, sed eius qui misit me Patris, & Luc. 2. habetur, Et erat subditus illis; ita nos Christum induentes, non solum Deo, & superioribus, quos tanquā eius Vicarios suspicere oportet, sed etiam inferioribus pro diuina ipsius gloria obedire parati simus: tū quia id ei pro immensa sua maiestate, & innumeris erga nos beneficijs debetur; tum vt videlicet sic de nostra deprauata voluntate, vindictā sumamus, quæ aliquando à volūtate diuina peccando recessit: tū quia Saluatoris sententia est, Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit: tum denique, Quoniam omnia seruiunt ei, etiam Angeli; Omnes enim sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis,

Ad Phil. 2. *Ioan. 5.* *Luc. 10.* *Hebr. 1.*

lutis, imò vero ipſa Virgo Deipara beata eſt, non quia in ea Verbum caro factũ eſt, ſed quia obediens cuſtodiuit Verbum, per quod facta eſt, vt Dominus ipſe teſtatur, cũ ait quin immo beati, qui audiũt Verbũ Dei, & cuſtodiunt illud; & explicatè docet Diuus Aug. tract. 10. in Ioan. Dicamus igitur ex animo cum Propheta, Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. *Luc. 11.* *Pſal 61.*

3 Reuerentia, & timore muniatur Sacerdos, vt dignè accedat ad altare, quod meritò ſanctum, & tremendũ antiqui patres nominarunt, tempore enim conſecrationis veluti in Vtero Virginis in manibus ſacerdotum incarnari Chriſtum aſſerit Diuus Greg. vt refert Gabr. Biel. in can. miſſæ lect. 4. Quapropter ſibi dictum arbitretur ſolue calceamenta de pedibus tuis; ideſt peccata, carnaleſque affectus depone, locus enim in quo ſtas terra ſãcta eſt; nam cum diuinum Miſſæ cõficit myſteriũ innumeri Angelorum Chori- Cap retulerunt de cõ. ſec. diſtin. 2. Diony. c. 3. Eccle. Hie. *Exod. 3.* Orig. hom. 1. in l. reg.

Chrysſ. l. 6. de ſacer. & hom. 61. ad pop. Grego. 4. dial. c. 58. Luc. 1.

trementes adſtant; quos ſi conſpicere illi daretur multo magis, quàm olim puer Eliſei obſtupeſceret, & nō tam audaciter diuina contractaret; ſed maximè admirans exclamaret; Vnde hoc mihi, vt veniat Dominus me⁹ ad me indigniſſimū, immò etiā vt detur mihi eum tangere, Deo Patri offerre, comedere, alijſque porrigere? ac Petrum imitans rogaret, Exi à me quia homo peccator ſum Domine. Atque ita nimia familiaritas cum Deo, non contemptum, vt accidit inter homines, ſed obſeruantiam, & amorem pareret. Et mens ad Solis Iuſtitiæ aſpectum vehementer illuſtrata, diuinæque luci quaſi immerſa, omnia terrena deſpiceret, fulgoremque cæleſtem facilè cum alijs communicaret.

Ibid. c. 5.

4 Præfulgeant oportet ſacerdotes orationis aſſiduæ dono, qua pro ſuo debito officio Deum placare, ab eoque bona omnia impetrare poſſint, cū mediatores ſint pro Mundo apud Deū cōſtituti, vt Moyſes pro Hebræis,

Deut. 9.

Hebræis,& quasi murus; quoniam se inter Deum, & homines interponunt, ne cælestibus diuinæ iræ iaculis pereant. Quo circa dicuntur oculi Ecclesiæ, vt mala videntes lugeãt pro peccatis ad Dominum cum lacrymis,& gemitibus, tantoque feruore, vt Deum flectentes toti Mundo prosint; vt docet D.Basil. Deniq; sicut Aaron pro populo Israel, proferẽs seruitutis suæ scutũ, orationẽ, & per incensum deprecationẽ allegans restitit iræ, & finẽ imposuit necessitati; ita sacerdos orans, & offerens nomine Ecclesiæ sacrificiũ incruentũ passionis Christi Domini, eiusque orationẽ Deo Patri, eũ placat, & propitium peccatoribus reddit. Quod si multũ valet deprecatio vnius iusti assidua, quid nõ obtinerent tã multi sacerdotes, quibus gloriatur Ecclesia; si deuotè orarẽt, & ritè missæ sacrificium offerrent?

Ezec. 14.

Sap. 18.

Num. 16.

Iacob 5.

5 Fide viua eminere debent, sine qua impossibilè est placere Deo; cum ea sit Christianæ vitæ fun-

Ad Gebr. 11.

damentum ; vt alios docere possint & contradicentes arguere, quod est præcipuum munus sacerdotis, idque figuratum Num. 10. cum filios Aaron tubis clangere in bello, Dominus iussit: præterea, Quoniã hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra; itẽ quia est Substãtia rerum sperandarum, illaque resistimus Diabolo, & disponimur ad Spiritum sanctum recipiendũ: ait enim Dominus, Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Denique vt Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt, repmissiones, &c. ita nos per fidem viuã bona omnia assequimur.

Malac. 4.
1. Petr. 3.
Iaco. 5.
Ad Hebr. 11.
1. Petr. 5.
Ioan. 7.
Ad Hebr. 11.

6 Spes etiam & fiducia magna in sacerdote requiritur, cũ qua, q orat, impetrat à Deo, vt patet Marc. cap. 9 & 11. Luc. 17. Matth. 8. & 9. & Iacob 1. Hanc autem fiduciã in sacro missæ præsefert sacerdos, dum stat, cæteris prostratis, tanquam orator, seu legatus populi, fiducialiter agens cum Deo causam illius. Ad

hanc

hanc autem firmam spem adduci-
mur Domini nostri liberalitate, &
propterea quòd importunè iubet *Luc. 1.*
petere: non enim ita petere iuberet
si nollet petita cõcedere, dummodo
in nomine ipsius omnia petamus; *Iaco. 1.*
Quoniam dat omnibus affluẽter, & *Rom. 10.*
nõ improperat; tum quia Diues est *Ad Ephes.*
in omnes, qui inuocant illum, Et po *3.*
tens est omnia facere superabundã
ter, quam petimus, aut intelligi-
mus: tum denique quod sacerdos
dum in missa orat, offert rem maio-
rem, quam sit, quidquid præter Deũ
petitur, nempè Christum Dominũ
filium eius dilectum in sacrificium,
vt propterea maxima fiducia spera
re à Deo omnia meritò possit, ac de
beat. Adeamus ergo (vt monet Apo
stolus) cum fiducia ad thronũ gra- *Ad Hebr.*
tiæ eius vt misercordiam consequa- *4.*
mur, & gratiam inueniamus in au-
xilio opportuno.

7 Quanta autem charitate arde-
re deceat sacerdotes vel ex eo maxi
me patet, quod vicẽ eius gerunt, qui

animam suã posuit pro ouibus suis, in Cruce sanguinem profundendo; nec Petro sui chari gregis curam antea commisit, quam ter rogatus, se eum amare testatus sit; Apostolis
Ioan. 21. item dixit, hoc est præceptum meũ vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: nimirum amore puro amicitiæ: itẽ non ex debito, neque spe alicuius caducæ vtilitatis, vel terrenæ retributionis; qua propter
Chryso. ho. 71. in Io. præceptum nouum vocauit, & in eo solũ discipulos eius nos esse, digno-
Ioan. 13. sci voluit, scilicet si dilectionem ad inuicẽ habuerimus; Atqui sine charitate si omnia sciamus, si reliqua omnia efficiamus nihil sumus, ni-
1. Cor. 13. hiq. nobis prodest, at vero, qui hãc habet totam legem implet, propterea meritò aurum ignitum vocatur
Rom. 13. Apoc. 3. & figuratur in auro templi
3. Reg. 6. Salomonis, & in Veste Aaron bis tincta Exod. 28. & in ppetuo illo igne quem semper ardere in altari Domi
Orig. in Leui. homi. 9. nus iussit Leu. 6. & hunc offerri tantum, non alienum, nisi perire quis

velit,

velit, cum Nadab, & Abiu. Leu. 10. & ad illum accendendum, se venisse, Dominus testatur dicens Luc. 12. ignē veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur. Declaramus autem illum in nobis esse, non verbis, sed opere, & veritate, idest operibus misericordiæ corporalibus, & spiritualibus; qui enim verè proximũ, sicut se ipsum amat; intra propria viscera, si posset omnes includeret, vt ait S. Macarius; nec gloriam sibi, sed vni Deo ex animarum conuersione quæreret; sicque omnis æmulatio, atque inuidia cessaret; charitas enim non æmulatur, dummodo namque animę saluētur, siue suæ, siue aliorum industriæ tribuatur, nihil laboraret, vt rectè prosequitur Chrys. hom. 13. super primam ad Tim. & hom. 2. ad Tit. atque hic quidem amor habet maiorē vim ad liberādas animas à morte peccati, quam zelus, & seueritas correptionis, quod optimè per figurā explicatur 4. Reg. 4. vbi puer, qui virga

Gregor. 33. mor. c. 9. & lib. 9. ca 22. Pasto. pa. 3. adm. 10.

1. Ioan. 1. Chryso. ho. 12. in Mat. Hom. 18.

1. Cor 13.

ga suscitari non potuit, amplexu Elisei suscitatur, vt notauit Greg. 9. mora. cap. 22. Cũ ergo nobis diuina misericordia animas ligandi, atque soluendi potestas collata sit, omnes ad pœnitentiã enixè hortemur, vt à peccatis solutas creatori suo reddamus: cumque Christus Dominus in signum sui immensi in Ecclesiã amoris instituerit Eucharistiam, vt esset ei cibus vitæ, dũ hic peregrinatur; constituti quasi Angeli Dei, fratres nostros à somno excitemus, vt reficiantur; grãdis enim illis restat via. Et item, vt fideles ministri exeuntes in vias & sepes, omnes ad diuinum hoc conuiuium intrare compellamus, vt tandem ad cæleste simul introducamur.

Malac. 2. *4. Reg. 19.* *Luc. 14.*

8 De castitate denique sacerdotum, quæ figuratur in cingulo Pontificis, & in fœminalibus secundum Originem, vt paucis multa complectar, illis opus esse affirmo puritate Angelorũ, vel saltem, vt eã pro sua virili imitari conẽtur; qđ sacerdos funga-

Leu 8. 7. Orige. hom. 6. & 7. in Leui. Grego. Past. p. 1. c. 11. &

fungatur munere tā ſublimi, quòd nec Angelis ipſis conceſſum eſt; ſacrum igitur miſſæ facturus, quis nō omnibus artubus contremiſcat? ſi enim in lege veteri arcebātur ab altari immundi, & Iſai. 52. Mundamini, inquit, qui fertis vaſa Domini; quid in lege noua requiri cenſebimus, in qua offertur ipſe filius Dei in ſacrificiū, per antiqua illa ſacrificia figuratum? Quod ſi Oza minus reuerenter arcam Teſtamenti olim tangēs, periјt, quid agetur cū ſacerdote, qui ſacrilegis manibus audet tangere ſanctum Sanctorum? Iudicium vtique ſibi mādueat, & bibit, nō diiudicās corpus Domini; & ſubditur, Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi, ideſt pereūt, quia ſcilicet filium Dei conculcant, & ſanguinem Teſtamenti pollutum ducunt. Maximis vtique ſupplicijs punitos ſemper fuiſſe à Deo luxurioſos, conſtat; quod ſuæ dignitatis obliti, ſimiles beſtijs efficiantur, & cæleſtibus delicijs contemptis amplexentur

par. 2. c. 2. & 3. & 7. Chryſo ho. 61. ad pop. 23. ad Eph.

Chryſ. in epi. ad Gal c. 1. & Gio. 2. reg. c. 6.

1 Cor. 11.

Ad Hebr. 10.

Pſalm. 18.

xentur stercora; longe tamen maiora tormenta parata sunt sacerdotibus impudicis, vt tradit D. Hieron. & Grego. quia nempè in tanta diuinorum Charismatum copia, & consuetudine cum Deo, post solemne votum castitatis, in rem tam vilem seipsos abijciant, vt eorum causa, diuina mysteria ludibrio sint infidelibus, & ab ipsis etiam fidelibus parui fiant, vt experientia compertum est, & Diu. Ambros. testatur. Immò faciunt, vt hi audacius in peccatorum sordibus iaceant; videlicet clericorum mores imitati, quos tamē virtutum duces, & magistros esse oportet. Verumtamen tales audiāt Iudicis minas; Væ homini illi per quem scandalum venit; expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Lege plura apud Orig. homil. 9. in Exo. homil. 16. in Gene. hom. 25. in num. & 7. in Leu. Greg. Past. p. 2. cap. 2. & 3. & p. 3. adm. 36. & hom. 7. in Ezech. Chrys. hom. 37.

&

Hier. 4. Orig. hom. 3. in Leu. & 30. in num. Grego mor. cap. 6. Chryso. in psal. 41 Basi. in reg. bre. Greg. 4. Dial. c. 33.

Matt. 18. Mar. 19. Luc 17.

& 39. in 1. Cor. Bonau. opusc. lib. 1. Pharetræ cap. 20. & 21. Anto. 3. par. tit 7. & alibi.

9 Hæc si homines considerarent, non tam audacter ad sacerdotium properarent, sed secum rectè primùm deputarent, an ad tantæ molis celsitudinem sufficiant vires, iuxta Domini consilium Luc. 14. ne ab ipsis etiam dæmonibus derideãtur, si in medio cursu deficiant. Adde, quòd multi ad hanc dignitatem nõ accederent, nisi vocati tanquam Aaron; immò verò multi refugerẽt; eos imitati, qui, cùm essent omniũ virtutum præsidio muniti, à sacerdotio tamen abstinuerunt; vt D. Frandiscus, & pleriq. alij, indignos se tanto munere iudicantes. *Hebr. 5.*

10 Ij verò, qui indignè iã ad huius celsitudinis gradum se conscendisse agnoscunt, virtute, & rectè factis inscitiam, erroremque compensare nitantur; & si opus fuerit, dispensationẽ petant à Sede Apostolica, atque se totos dent operibus mise-

misericordiæ, & pœnitentiæ: attamen discant saltem, quæ necessaria sunt ad rectè dicendũ sacrum Missæ officiũ, & horas canonicas, ad docẽdũ rudes doctrinam Christianã, assiduisque precationibus, & meditationibus, cum continua mortificatione coniunctis, ita Deo placere, & coram eo versari studeant, vt spiritus eius feruore cõcepto, alios ędificent, & ad meliorem frugem salẽ exemplo, adducant. Ex his facilè cõfessarius colliget quomodo clericos adiuuare possit.

11 Videre enim oportet in primis, an dent scãdalum secularibus, nõ solum agendo, quæ praũa sunt, sed etiã quæ speciẽ habent mali; vt monet Apostolus. Itẽ an canonicè sint ordinati, an sint irretiti aliqua censura, vel eam violauerint, aut alia de causa sint irregulares; an habitum, & tonsuram gerant clericalẽ; an negocijs secularibus, vel prohibitis se immisceant, an ludos, & choreas sectentur, an actus ordinis

1. Thess. 5.

Nauar. cap. 25. nu 110. Conc. Trid. sessio. 22. de refor. c. 1.

bene

bene exerceant, an vero cum pecca ti mortalis cõſcientia ſine cõtritione; an miſſam celebrent ſaltem præcipuis anni feſtis; & an rectè iuxta rubricas miſſalis, cum vino recẽti, & reliquis requiſitis; an pro vna miſſa capiant duas, vt vocant pitantias, ſeu duas ſolitas elemoſinas, aut plures; an ſacramẽta ritè miniſtrẽt; an cum vaſis, ac paramentis mundis; an horas canonicas, recitent vt decet; an in Choro cantent, qui tenẽtur, deuotè, & attentè; an ſimoniam commiſerint in ordine præſertim, & beneficio Eccleſiaſtico; an pro exequijs defunctorum eleemoſinã, vel nimiam, vel cũ ſcandalo, exigãt; an confeſſionis ſigillum perfectè ſeruauerint, & confeſſiones attentè audiuerint; an omiſerint neceſſarias interrogationes: an rogauerint curioſa, an aliquem perperam àbſoluerint; an ſcandalum præbuerint in confeſſione; an prædicent vana, iocoſa, vel indulgentias falſas, an ſine licẽtia, vel in peccato mortali, an fa-

milia-

Tolet. lib. 1. cap. 36.

miliaritatem habeāt suspectam, an benè dispensent redditus Ecclesiasticos, an habeant plura beneficia contra canones, an acceperint beneficium sine animo perseuerandi in clericatu, vel cura; an res Ecclesiæ alienauerint contra canones; an cū non fecerūt fructus suos, illos restituerint; an qui est additus seruitio Ecclesiæ ei seruiat; an qui non est sacerdos sumat sæpe Eucharistiam; an impedierint aliquem à consecutione beneficij, an induxerint ad iurandum pro sepultura, an dederint, vel promiserint aliquid pro gratia, vel iustitia impetranda à Sede Apostolica, an canones, & constitutiones Apostolicas, & Dioecesanas obseruent, an studeant casibus consciētiæ, & computo Ecclesiastico, an bene sciant, & obseruent rubricas breuiarij, & missalis; præterea moneat, vt quotidie vacent orationi mentali, sine qua vix quisquam deuotus esse potest. Item vt legant sacram Scripturam, & alios libros spiritua-

les,

les, de cuius lectionis fructu lege Orig. hom. 8 in Leu. Ephræm. tom. 1. serm. de patientia, & consumatione seculi. Greg. hom. 15. in Ezechiel. Moneat denique vt ita se in verbis, & factis gerant, Sicut decet Dei ministros, vt non vituperetur ministerium nostrum. Quare instituant sæpè sermonem de rebus spiritualibus, atque illam Diui Bern. sententiam meditentur, quam scribit lib. 2. de considerat. ad Eugen. Nugæ, inquiens, sint longè ab ore tuo: nam inter seculares nugæ sunt nugæ: in ore sacerdotis blasphemię; interdum si incident, ferendæ fortasse, referendæ nunquam: consecrasti os tuum Euangelio, talibus iam illud aperire, illicitum, assuescere, sacrilegium est. Hactenus Bern. Nos autem de his alias pluribus.

1. Petr. 4.

Tract. 3. c. 7.

De Religiosis. Cap. IV.

QVi Religiosorum confessiones audit, obtenta superiorum licentia, moneat, vt quæ de clericorũ officio iam diximus, sibi etiam dicta esse putent: præterea vt vota essentialia Religionis perfectè obseruare nitantur, ideſt Paupertatis, Caſtitatis, & Obediẽtię, aliasq; sui Ordinis regulas, sintque in primis diligentes in diuino officio persoluendo, alijsque orationibus suo loco, & tempore; Curetque maximè vt intelligant non mereri nomen religiosi, qui quotidie non va-
Caie. 2.2.q. 182. art. 3. cat orationi mentali, & tam diu meditatur diuina mysteria, & beneficia, quamdiu per sui Ordinis constitutiones, & superiorum facultatẽ licet; anima enim dum eleuatur ad Deum perficitur; propterea Dauid
Psal. 24. Ad te inquit Domine leuaui animã
ibi. Aug. meam. Moneat item vt ad sacramẽta suscipienda, vel ad missam dicen-

dam

dam se ritè præparent, & in studia literarum diligenter incumbant, quæ ad suum munus rectè fungendum opus esse intellexerint, ita tamen vt lectio librorum spiritualiũ illis cordi sit, de qua nos aliàs. Ad hæc curet, vt concionatores non se ipsos, sed Christum prædicent, id est non propriam, sed Dei gloriam quærant, & animarum salutem; quę res non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis; sed in ostensione spiritus, & virtutis consistit. Qui enim non filios Deo gignere, sed suam scientiam cupit ostentare, adulterare dicitur verbũ Dei; quem enim libido gloriæ ad loquendum trahit, voluptati, magis, quam generationi operã impendit, vt Greg. in past. par. 3. adm. 25 & in libr. 22. moral. cap. 16. Ansel. super 2. Cor. cap. 2. Idcirco Euseb. Emiss. comparat prædicatores retibus, quia scilicet nisi homines capiant inutiles sunt: lege de his Chrys. hom. 61. in Matth. & hom. 6. in 2. ad Timoth. &

1. Cor. 2.

2. Cor. 2.

hom.10. ad Hebr. hom.3.1.Cor. Atque hoc quidem ſpiritu afflati, olim ſancti Dei cum pauci eſſent innumeros homines cõuerterunt: nunc autem eo ſpiritu, vel deſtituti, vel non ita pleni, & ſi multi ſunt, tamẽ parùm proficiunt, vt proſequitur Chryſ. ho.44. in Matth. & hom.6.in ep. ad Epheſ. Alia vero multa pro concionatoribus iuuandis; lege apud Orig. hom.6. & 11. in Num. & hom.16. in Leu. & Greg. locis paulò ante notatis, & paſt.par.4.& lib. 19.moral.cap.5.& lib. 21.cap. 8.& lib.26. cap.5. Chryſ. ſer. 1. in Lucã; Bedam, in Lucæ ca.9. Bonau. opuſc. tom.1. in pharetr. lib.1. cap. 14. & 15. Ant.3.p.tit.18. Caueant inſuper ne in concionibus detrahant prælatis Eccleſiæ, vel ſacerdotibus, neue de Conceptione B. Virginis diſputent contra conſtitutionem Pij V. Præterea ſi quem fortè Religioſum reperit, qui praua intẽtione ingreſſus eſt Religionem; aut non ſatis rectà voluntate, vt eam rectificet, ſua-

Chryſ. ho.1. ad Tit.

deat;

deat; illum item, qui impedimenta reticuit in examine quæ ſunt contra commune bonum Religionis, ne abſoluat, niſi reuelare ſtatuat, vel ad diſpenſationem recurrere. Si quis autem eorum vouit ad arctiorem Religionem ſe cõferre, votum ſeruet, vel Prælatos conſulat, aut Sedem Apoſtolicam; moneat etiam ne quempiam à meliore Religione eligenda auertant; ne inordinato affectu ducantur erga conſanguineos, amicos, vel erga res temporales; ne anima terreno amore repleta, Deum capere non poſſit, & Deo non plena, oneri ſibi ſit: quod quantum habeat momenti ad religioſi perfectionẽ, lege apud Auguſt. trac. 4. in ep. B. Io. Exinani, inquit, quod implendum eſt, bono implendus es, funde malum, lege etiam Caſſia. lib. 2. inſt. c. 36. & colla. 24. c. 11. Baſil. inſtit. mon. cap. 21. Chryſ. hom. 69. in Matth. Itẽ dum alios iuuant, ne deſerant ſe ipſos, vt monet D. Greg. 27. moral. cap. 27. Caſſia. colla. 24. cap.

13. Moneat quoque ne indignos eligant ad prælaturas, imò teneri eligere aptiores, & seniores, non ætate, sed moribus, vt docet Greg. lib. 19. moral. cap. 11. Chrys. in argumento epist. ad Timoth. Item ne temerè habitum dimittant, ne deprauatis moribus alijs scandalo sint; Deus enim nō irridetur; sed audiāt August. qui ait, Ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in monasterio profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt. Hæc ille, quare aptari illis potest visio Hierem. ca. 24. qua vidit ficus bonas, bonas valdè, & malas, malas valdè, idem ferè Cassian. collat. 4. cap. 19. scilicet, Religiosos malos, peiores esse secularibus. Moneat præterea, ne plura talenta habere optent, sed eis iā data benè exerceant, ne forte auferantur, vt exponit Chrys. hom. 2. 3. & 30. ad Hebr. Item moneat ne tempus in otio, vel detractionibus con-

Episto. 137. ad Plebem Hipponen.

Luc. 16.

terant,

terant, curiosa, vel inutilia sectando; ne fortè dum spernunt modica paulatim decidant; vt domus, quæ vetustate collabitur nisi renouetur vt Greg. ait lib. 10. mor. c 9. & Cassia. coll. 6. cap. vltim. Item ne secularibus negocijs se implicent, vt monet Apostolus 2. Tim. 1. & exponit Greg. in past. par. 2. cap. 7. Ad hæc ne exteriorem disciplinam negligant, vt Basil. in epistola ad Canonicam; imò viliora exercitia ad Christi imitationē libenter obeant, vt Basil. const. monast. ca. 24. docet, & de Malachia refert. Bern. in eius Vita c. 6. vt alios taceam. Hinc idē Bern. epist. 321. soliciti inquit circa custodiam ordinis, vt ordo ipse custodiat vos. Postremo optimum cōsilium est, vt Religiosi sæpè secum deputent, an in virtute proficiant, an vero deficiant; vt enim corpore senescimus, nec aduertimus, sic ēt spiritu, vt docet Gregorius lib. 25. moral. cap. 6. tenentur enim adhibere studiū ad perfectionem conse-

Eccles. 19.

Leg. de his Dorot. ser. 10. Macar. hom. 19. & 31. & 49.

quendam, & cum contemnunt ad perfectionem tendere peccant, vt docet D. Thom. 2.2. quæst. 186. ar. 2. ad primum, & alibi Syl. V. relig. 1. quæst. 3. & alij communiter. Qua propter expedit, vt singulis saltem annis seccedant, & vacent à negocijs, & plus solitò, rebus spiritualibus incumbant, vt suadet Basil. con. monast. cap. 5. Greg. past. par. 2. cap. 3. & lib. 25. moral. cap. 6. & lib. 29. cap. 12. August. lib. 10. confess. cap. 40. Bern. libr. 1. & 2. de considerat. Beda in Luc. 9. & nos alibi. Plura ad iuuãdos religiosos lege apud Orig. hom. vnica in 1. reg. & hom. 9. in nu. Item Gregor. lib. 25. moral. cap. 16. & 30. moral. cap. 17. & past. par. 2. c. 5. & par. 3. adm. 26 ad Chrys. hom. 17. 69. & 70. in Matth. & hom. 3. in primam ad Tim. hom. 2. ad Tit. Cassian. lib. 12. instit. cap. 15. & alibi, & denique Ephrem, Cassianum, Macarium, Dorotheum, & Climacum, Bonau. opusc. to. 1. in pharetra li. 1. ca. 27. 28. 29. 31. & 32. & in dieta salu-

lutis tit. 4. & in tom. 2. de profectu religiosorum, & alibi. Anto. par. 3. tit. 16. Basil. Bern. Hieron. Platum. & alios similes.

De Monialibus. *Cap. V.*

QVi monialium confessiones audit, hortetur eas ad perfectam votorum, & regularum suarum obseruationem; & ad diuinum officiũ in Choro persoluendum, nisi ex causa legitima excusentur: item ne tanquam proprium quidquam possideant, contra votum paupertatis. Curet præterea, vt ad sacramenta Cõfessionis, & Communionis deuotè stato tempore accedant, in sua vocatione constanter maneant, & sint obediẽtes suis superiobus, & inter se mutua charitate concordes: In electione Abbatissæ, vt suffragentur aptiori. Item ne cum secularibus nimis sæpè agant, vana præsertim, & curiosa inuestigãdo: ad hæc exteriorẽ ornatũ omnino detestantes,

Henr. lib. 5. c. 8. §. 2.

tes, suo sponso Christo intus placere omni conatu studeant; libros spirituales tantum legant, & meditationi passionis Christi Domini, aliorumque mysteriorum se totas dent, vt spiritualibus delitijs gustatis desipiant illis Mundi oblectamenta; cumque optimam partẽ elegerint, beneficium agnoscant; Deoque optimo acceptum referant; sunt enim sub peculiari Christi, & B. Virginis protectione à Mundi periculis ereptæ: vt merito bysso, & cocco tabernaculi à D. Greg. conferantur lib. 25. mor. cap. 16. Quare nitendum maxime illis est, vt in humilitate in dies proficiant; nam laudabilis est Virginitas, sed magis necessaria humilitas; vt Ber. hom. 1. super missus est. In charitate item, puritate, patientia, reliquisque virtutibus ad cęlestes, & æternas delicias aspirent: oleum tamen misericordiæ semper
Matth. 25. secum habentes: vt cum venerit spõsus intrent cum eo ad nuptias, à quibus fatuæ pelluntur; quia nimirum

ma-

maiore luctatore prostrato, idest carnis tentationibus superatis, à minore victæ sunt; vt explicatè pro sequitur D. Cypr. lib. de habit. Virg. in fi. & Chrys. hom. 79. in Matth. & ho. 23. in secundam ad Cor. Postremo quid consilij dandum sit in consecratione earum, quæ iam Virginitatem emiserunt. Vide apud Henriq. li. 10 de ord. cap. 24. Nos enim ad alia properamus. lege plura apud D. Bonau. in Pharetra lib. 1. c. 37. & in opusc. de perfectione vitæ, ad sorores, & similia eius opuscula. Anton. 3. par. tit. 2. cap. 1. & 2.

De Iudice. *Cap. VI.*

IVdex cum sit lex animata, iustitiam diligere debet, vt monet Sapiens, cum ait, Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: propterea eũ Confessarius primùm hortetur, vt longè sit ab inordinato affectu erga partem alteram actricem, & æquales vtrique aduocatos assignet, si ad

Sup. 1.

Ant. 3. p. tit. 9. ca. 1. & 3. & Sylua. & alij ver. Iudex.

eum

eum pertinet eos dare; Deoque soli placere studeat, non hominibus, in suo munere fungendo, vt Greg. past. par. 2. cap 8. & lib. 21. moral. cap. 17. Hinc Aegyptij, Iudicis statuam fingebant iuxta Cælum sine capite, vt refert Cælius, quia nimirum oculos eum habere oportet in cælo fixos, non autem in Terra respiciendo personam hominum.

2 Vt Iudicet iustè secundum allegata, & probata; sed tamē si priuatam habeat notitiam de contraria veritate; differre debet sententiam, & omnia facere, quæ sine magno detrimento potest pro veritate.

3 Citò, causas expediat. Item ne accipiat munera contra leges; hæc enim excœcant oculos sapientium: *Deut. 6.* quapropter Thebani Iudicem sine manibus depingebant; vt refert Plutarcus.

4 Ne sit in cognitione causæ nimis credulus, non enim cuique statim fides habenda est: & comperta veritate facti, studeat diligenter antequam

tequam sententiam ferat.

5 Vt tradat dubia parti actrici pro defensione adhibenda. Supra c. 2.

6 Ne sit crudelis in torquendo reos, nec torqueat sine sufficientibus indicijs. Item ne examinet, nec exigat in genere iuramentum, sed in causa determinata.

7 In condemnando inclinet potius in clementiam, quam in nimiã seueritatem.

8 Appellationem iustam admittat, eique deferat.

9 Carceres sæpe visitet.

10 Iniustam superioris sententiã nullo pacto essequatur.

11 Ne Iudicet exemptos, nec eos, qui non spectant ad suam iurisdictionem.

12 Non iudicet die festo: non fingat casum, vt eat in domũ alicuius fœminæ: ne excõmunicatũ admittat, nè procedat sine accusatore, ne capiat clericum contra canonicas sanctiones, sed cum primùm cognouerit, statim suo Iudici restituat: ne

ex-

extrahat delinquentes ab Ecclesia, nec Immunitatem Ecclesiasticam in aliquo lædat, & denique obseruet leges Canonicas, & si non sit satis, peritus, cogat eum confessarius renunciare: nam Eccles. 10. sic habetur; Magnus est iudex, & potens est in honore, & non est maior illo, qui timet Deum, sed de his satis. Nā quando ad restitutionem teneatur iudex, qui reum iniuste damnauit, vel vexauit, Confessarius ex doctoribus petet. lege Bonau. in pharetra lib. 1. cap. 45. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 19 & 20. De accusatore autem, de teste, & de reo lege doctores, & præsertim Nauar. ca. 25. num. 31. & seq. Tolet. lib. 5. cap. 57. & seq.

Naua. c. 25. nu. 12. & 21.

De Aduocato, & Procuratore. Cap. VII.

MOneat primum non licere ei patrocinari, qui nouit se ad hoc munus, non esse idoneum.

2 Eum

2 Eum grauiter peccare, cum defendit causam, quam scit esse iniustam, vel id probabilius putat. similiter si non initio, sed in progressu litis hoc aduertit.

3 Cum propter notabilem suam negligentiam, aut ignorantiã perdit iustam causam.

4 Cum aliquid facit, quod aduersarium causa cadere faciat iniustè, nempe subornando Testes, miscẽdo mendacia, vel impetrando importunas dilationes, &c.

5 Cum aduersario reuelat secreta notabilis momenti in præiudicium sui clientis.

6 Cum stipendium iniustum petit, vel paciscitur in medio litis. Anto. 3.p.tit.6.cap.2.§.5.

7 Cum paciscitur de quota litis, vel, vt ea victa tãtum sibi soluatur, non alias. Nauar. capit. 25. num. 28.

8 Cum pauperum causam iustã non defendit in extrema necessitate. Imo verò in graui, per id, quod

su-

superest tẽporis ex necessarijs suis occupationibus D.Tho.2.2.q.71.ar.1. Sot. lib.5. de Iust.q.8. art. 1. Syl. aduocatus quest.18. Nauar.cap.25. num.29. Denique cum consultus falsa trahit. Lege de his Bonau. opusc.tom.1.in pharetra cap.6. Anton.par.3.tit.6.cap.1.& par.2. tit.1. cap.19. Tol.lib.5.cap.60. & 62.

De Notarijs. *Cap. VIII.*

Hortetur notarium, primùm si opus fuerit, vt seruet ea, quæ initio iurauit obseruare, cum munus suscepit; nimirum se confecturũ instrumenta pro quibus fuerit rogatus, nihil veritatis tacendo, nec falsa miscendo. Item se non reuelaturum sibi secretò, cõmissa, nisi iusta de causa; & se non confecturum Instrumẽtum vsurarium vel illicitũ, scienter: Item se de omnibus retẽturum protocollum, & fidelem se futurum ei, à quo creatus est Notarius. Postremò, nullo amore, odio, spe,

ſpe, vel timore, ſe officio ſuo abuſurum.

2 Ne inſtrumentum alicui neceſſarium occultet, laceret, vel deleat, vel falſum faciat.

3 Vt rogatus dèt Inſtrumenta, quæ dare tenetur parti, & itẽ de eo admoneat ignorãtẽ, cuius intereſt.

4 Vt die feſto non conficiat ea; Item ne ea pauperibus petentibus neget, qui ſoluendo non ſunt.

5 Ne ſcribat ſtatutum pro vſuris ſoluendis, vel non repetendis, vel aliud quodcunque contra libertatem Eccleſiaſticam.

6 Ne conficiat Teſtamentum carentis iudicio; aut non vtentis ratione, quia teneretur reſtituere.

7 Ne ſtipendium maius debito exigat; vel oblatum accipiat, cum publicum ei conſtitutum eſt.

8 Ne quid accipiat pro litteris Ordinariorũ, præter decimã partẽ aurei, idq. cũ publica merces non ſoluitur. lege Tol. li. 5. c. 61. Nauar. cap. 25. nu. 52. Anton. par. 3. ti. 6. c. 3. Conc. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de reforma.

Ant. 3. p. tit. 5. ca. 2. §. 10. & 11. Naua. c. 25. num. 55.

Videat in primis cõfessarius doctorum, an lector dignè gradum susceperit, & exerceat.

2 An ad lectionẽ admittat quos non debet, &c.

3 An obseruet statuta iurata, & maximè, an indignos approbet ad doctoratum.

4 An falsa doceat, vel ob malum finem.

5 An aliorum professorum auditores ad se cum eorum detrimento trahat, vel lecturam procuret indignis.

6 An exigat ab auditoribus stipẽdium, cum publicum habet, vel maius debito.

7 An Scholares crudeliter castiget.

8 An habeat libros prohibitos, & præsertim hæreticorum hæresim continentes, vel de religione tractãtes.

9 An denique desit officio suo, & nisi proponat seriò ab his abstinere, ne absoluat; sed corripiat, & moneat iuxta ea, quæ tradit Orig. hom. 7. in Leu. & D. Greg. past. p. 3. adm. 7.

Scholares verò moneat, vt studeant diligenter, & ob bonum finē; nempe ad Dei gloriam, & animæ perfectionem, atq; honestam sui sustentationem: alioquin periculosa res est; nam, Scientia inflat, & nisi cum virtute coniungatur, est veluti gladius in manu furiosi, vt prosequitur Greg. lib. 27. moral. c. 27. *1. Cor. 8.* Quare reliquis omnibus anteponant, Scientiam Sanctorum; hæc enim verè hominem magnum facit; *Sap. 10.* vt Chrys. ho. 1. in Matth Hinc Apostolus 1. Cor. 13 Si nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, charitatem autem non habeam, nihil sum, & cap. 12. Aemulamini autē, inquit, charismata meliora, adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, scilicet charitatem, cui adiun-

cta est vera sapientia. Item Eccles. 1. Initium sapientiæ timor Domini; & Iob 28. Timor Domini ipse est sa-
Sap. 1. pientia; Hæc autem non habitat in corpore subdito peccatis. Item Eccles. vltimo, Time Deum, & mandata eius obserua; hoc est enim omnis homo, lege Bern. serm. 27. in Cant. Deinde hortetur ne discant scientias prohibitas, vel superstitiosas, nec legant, aut teneant libros prohibitos, neque sint nimis curiosi, vt Greg. Past. par. 3. adm.
Tracta. 2. c. 22. 30. & nos infra. Tertiò, ne contra veritatem cognitam altercari audeant. Quartò, ne tempus conterant in ludis, in rebus vanis, nec prauorum hominum consuetudine vtantur. Quintò, ne audiant turpes comœdias qua de re Chrys. ho. 38.
Tracta. 3. c. 12. §. 6. in Matth. & nos alibi copiosè dicemus. Sextò, ne suffragentur indigno Rectori, vel Lectori, aut Scholari promouendo ad gradus, præsertim cum periurio, aut mendacio. Septimò, vt debitum stipendium magi-

ſtro ſoluant; & parocho decimas perſonales, vbi eſt conſuetudo: ac parentibus, reliquiſque maioribus debitam reuerentiam, & obedientiam exhibeant; frequentent, ſacramenta, audiant quotidie miſſam, orent deuotè, & denique ſeruent reliqua ad Christianam vitam ſpectãtia, de quibus aliàs. lege Bonau. Opuſc. tom. 1. Pharetræ cap. 25. Ant. par. 3. titul. 5. cap. 1. & 2. par. 4. tit. 4.

De Medicis. *Cap. X.*

MEdicos verò diligenter admoneat primùm, ne morbis mederi audeant, antequam ſcientiam, & praxim neceſſariam habeant.

2 Vt diligenter ſtudeant, & infirmos viſitent cum opus eſt, nec medicinam adhibeant, niſi rectè morbi genus primum intelligant, & certò putent illis profuturam; ſi enim dant cum dubitant eſſe noxiam, vel vt experimentum faciant, aut ne

videantur ignari, mortis æternæ sunt rei.

3 Ne morbum in longum protrahant lucri causa.

C. infirmitas de pœn. & remiss.

4 Ne pro corpore curando, dēt consilium, vel medicinam, cum periculo animæ.

5 Ne superstitiones immisceant naturali medicinæ.

6 Vt suadeant infirmis confessionem sacramentalem, nec vltra tertium diem visitent, nisi primùm cõfiteantur, vt Pius V. Const. quæ incipit Supra gregem: præcipit.

7 Ne prægnāti mulieri præbeāt potionem, vel medicinam, qua abortum faciat; idque ne propter sanitatem quidem eius, si credunt, vel dubitāt, fœtum esse animatum: cum autem probabiliter putant nõ esse animatum, potest matri pharmacum dari, ne pereat.

8 Ne sine causa legitima concedant facultatem cuiquam frangendi ieiunium, vel vescendi carnibus, ouis, vel lacticinijs diebus prohibitis.

9 Vt infirmos, quos credunt esse morituros admoneant, vt animæ, reiq. familiari consulant.

10 Ne stipendium exigant iniustum, nec superflua pharmaca emere faciãt, vt ditent pharmacopolas.

11 Vt pauperibus medeantur gratis: quos credunt alioqui morituros: cum verò, tãtũ est grauis necessitas, qa scilicet adsunt alij medici, non sunt tamen ita periti, tenetur solum per tempus, quod superabundat, vt dixi de Aduocato.

12 Ne detrahant alijs medicis, de quo infra tract. 3. cap. 6. Medicum denique infidelem an liceat Christianis infirmis adhibere, non est huius loci, sed lege const. Greg. 13. quæ incipit alias piæ lege plura apud D. Anton. par. 3. tit. 7. cap. 1. & 2. Nauar. cap. 25. num. 60.

De Coniugatis. Cap. XI.

SPonsos primum commoneat, vt stent sponsalibus.

2 Ne contrahant matrimonium cum aliquo canonico impedimento, vel censura, nec in peccato mortali, nec consumment, antequam ritè contrahant in facie Ecclesiæ, immò nec ante benedictionem.

3 In traductione vxoris, vt abstineant à sumptibns superfluis, & vanis, & à choreis.

4 Vt in timore Dei mutuo sibi debitum reddant apto loco, & tempore, non ad voluptatem, sed ad filiorum procreationem, iuxta con-
Tob. 6. silium Angeli ad Tobiã, Accipies, inquit, Virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quàm
1. Cor. 7. libidine ductus, & B. Pauli, qui ait Reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, &c. præterit enim figura huius mundi.

5 Vt contineant tempore infirmitatis, vel cum imminet periculum abortus, aut grauis damni; Item post votum castitatis mutuo consensu emissum, vel post aliud im-

impedimentum consulto confessario; nam sæpe aliquis non potest iure exigere, qui tamen tenetur red dere . At verò cum est impedimentum dirimens non licet petere, nec reddere, nisi post obtentam dispensationem , iterum secretò contrahant ; idest mutuum consensum iterum præstent cum sciuerint matrimonium fuisse nullum. Moneat etiam , vt propter reuerentiam , nocte præcedente communionem ne exigant debitum. illos verò qui se polluunt cum peccato mortali, iubeat, si potest sine scandalo, abstinere ab Eucharistia, saltem per 24. horas, vt Henriq. libr. 8. de sacram. capit. 51. §. 3. Quomodo autem hæc inuestigare debet confessarius, dixi tract. 1. c. 2. §. 3. Quid item agendum sit ei, comperto impedimento dirimente, habes ibidem §. 6.

6 Moneat vt in filijs benè educandis sint diligentes, maximè autem in virtute, & timore Dei, nam *1. Tim. 5.*

vt

vt ait Apostolus, Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior; idem explicat Chryso. hom. 21. ad Ephes. Orig. hom. 8. in Gen. Greg. lib. 31. moral. cap. 7. & vt eos Deo sponte offerant, vt suadet Chrys. hom. de Anna, & Samuel educat. Qui enim filios rectè instituit, dat illis veras diuitias in hæreditatem, vt Basil. in Iob capit. 1. Chrys. hom. 21. ad Ephes. Item vt à teneris annis de Inferno, magno timore afficiantur, vt Chrys. hom. 2. in epist. 2. ad Thessal. & nos infra
Tob. c. 4. cap. 19. §. 6. Hinc Tobias ait, Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus benè. Præterea vt eis imponant nomina Sanctorum, vt sub illorum sint patrocinio. Chrys. hom. 21. in Gen. & hom. 21. in epist. ad Ephes. curent item. vt cum primum annos discretionis attigerint, sacramento Confirma-
tio-

tionis confirmentur, vt Spiritum Sanctum accipiant ad augmentum, & robur, sintq. perfecti Christiani. lege Bonau. in Biblia pauperum c. 55. & 118. tom. 2. opusc. Anton. p. 4. tit. 2. cap. 5. §. 3. & seq.

7 Admoneat ne maleficium, aliamue superstitionem vlla ratione adhibeant, ne item procurent abortum, aut sterilitatem, neque impediant conceptum.

8 Vt mutuò se iuuent, &, Alter alterius onera portet, inuicem sibi compatiendo, vt sic adimpleant legem Christi; vt enim sunt vna caro, ita decet esse vnum vtriusque spiritum propter animorum concordiam, vt prosequitur Tertul. li. 2. ad vxorem. *Ad Gal. 6.*

9 Ne verecundiæ fines pertranseant in suis verbis, & factis, sed coram Deo, & Angelis semper se stare meminerint; nam, Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. *Ad Heb. 4.*

10. Virum hortetur, ne in cura familiari, & Christiana disciplina sit

re-

remissus; nam, Qui parcit Virgæ, o-
Prou. 13. dit filium suum: quapropter seue-
rè, & constanter corrigat vitiosos:
ne sicut Heli puniatur, si in hac re
1. Reg. 2. & 4. sit indulgens: nec flagitiosorum ho
minum consuetudinem habeat, sed
eos à domo sua expellat; nec in ea
permittat ludos, aut peiora vitia.

11 Ne coniugem malè tractet, aut morosus irritet, sed humaniter, & mansuetè cum ea agat, quia sunt vna caro. Veruntamen cum vxore *Matt. 19.* publica adultera non licet cum scã dalo habitare.

12 Vxorẽ verò moneat, vt obediat uiro suo: ne sit contentiosa, nec vana, nec in administratione domestica negligens, ne item de rebus domus, quidquam sine uiri voluntate dispenset, præter consuetas, & exiguas eleemosynas, nisi fortè aliquid absconderet pro sumptibus domesticis, vt eripiat à manibus viri, qui omnia prodigus effunderet. Admoneat item, vt viri domicilium sequatur, si potest sine

pec-

peccato. Præterea vt virorum familiaritatem deuitet, & sit patiens, & modesta, præsertim in ornatu, vera enim pulchritudo ex virtute est, vt Chrys. hom. 4. in primam ad Tim. Addat etiam, ornatum superfluum esse vitiosum, ut patet Isai. 3. & 1. Petri 3. & 1. ad Tim. 2. & exponit Tertul. lib. de hab. mul. quem sic concludit, uestite uos inquit, serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudiciæ, talibus pigmentatæ Deū habebitis amatorem. Similiter Chrys. serm. 11. in epist. ad Rom. Cypr. lib. de hab. Virg. & alij Patres, superfluum ornatum improbant. Greg. past. p. 3. adm. 28. lege plura apud Bonau. in Pharet. lib. 1. c. 40. Ant. p. 3. tit. 1. c. 17. & 20.

De Militibus. Cap. XII.

CVram adhibeat Confessarius, vt milites sciant se posse cum à suo Principe conuocantur, militiæ nomē licitè dare (nisi certo cō-

ſtet de belli iniuſtitia) ſed cum vocantur ab alio Principe, primùm conſtare oportet, iuſtum eſſe bellum.

2 Moneat vt ſe armis bene muniant, & rectam habeant intentionem; nempè ad Dei gloriam, & Reipublicæ vtilitatem pugnandi.

3 Vt ſint contenti ſtipendijs ſuis, neminem concutiant, aut calumnia afficiant, vel alia iniuria, imò vero ne hoſtium quidem loca eis depopulari licere, ſine Præſidis poteſtate. *Luc. 3.*

4 Militum animos conciliet, nec inimicitias inter eos eſſe patiatur, & diligentiam adhibeat, vt ſæpe confiteantur; atque a blaſphemia, duello, ludo, luxuria, rapina, furto, & ab omnibus denique alijs peccatis abſtineant, & item occaſiones peccandi auctoritate ſuperiorum, vt poteſt remoueat.

5 Curet vt ante certamen confiteantur, & ipſo certaminis tempore, generatim ſolum hortetur eos

ad

ad fortiter dimicandum; orationibus adiuuet, & vulneratos omni cura, ac diligentia complectatur; atque cum pro Fidei defensione pugnant, vt martyrij palmam consequantur, moneat vt ad Dei gloriã pugnam referant, & pro religione Christiana fortiter vitam exponãt; non enim illam amittunt, si cadunt, sed cum æterna commutant.

6 Præterea curam adhibeat, vt audiant Missam, recitent officium, coronam, vel Rosarium, aut alias similes orationes, vt item habeant apud se cereos Agnos Dei, sacras imagines. &c. At verò superstitiosa omnino prohibeat, ac detestetur.

7 Sit illi denique curæ, vt in militia spirituali se perpetuò exerceant, id est in domandis animi perturbationibus, & reliquis obseruãdis, quæ ad Christianam disciplinã spectant, vt sic verè Christi milites sint, & hostibus fortiores; nam, Melior est sapiens viro forti, & qui dominatur animæ suæ expugnatore

vr-

vrbium. lege Greg. lib. 7. moral. c. 8. & Chryſ. hom. 6. ab Tit. Bern. in ſerm. ad milites templi. Bonau. in Pharetra lib. 1. cap. 47. Anton. p. 3. tit. 4. cap. 1. & 2.

De Mercatoribus, de Vſurarijs, & de retinentibus aliena.
Cap. XIII.

MErcatores moneat primum, caueant ab iuiuſtitia, & fraude in pretio, pondere, & menſura: item vt manifeſtent vitia occulta, in rebus præſertim. quæ poſſunt detrimentum afferre, vt in medicinis, armis, alijſque bellicis munitionibus, & cæteris eiuſmodi.

2 Monopolia deuitent: Item ne abſcondant merces neceſſarias ad victum; nam, Qui abſcondit frumẽta maledicetur in populis, benedictio autem ſuper caput vendentiũ. *Prou. 11.*

3 Ne fraudent iuſtas gabellas.

4 Vt à cambijs ſiccis, vel iniuſtis abſtineant.

5 Ab

5 Ab uſura manifeſta, palliata, & mentali. Hinc Apoſtolus ait, Et ne quis ſupergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem ſuũ: quoniam uindex eſt Dominus de his omnibus. 1. Theſſ. 4.

6 Ne expendant falſas monetas, uel diminutas.

7 In Societatibus ſeruent fidem, & conſtitutionem Sixti V. In ſocietatibus uerò officiorum Rom. curiæ, conſtitutionem Pij Quarti.

8 Ne emãt res furtiuas, uel quas dubitant eſſe tales.

9 Cõtractus prohibitos ne ineãt, uel quos dubitant eſſe malos; nec ſint eorum mediatores, imo reuideant antiquos, & examinent; nam ea quæ ad peccatum implicant, uel ſunt periculoſa, niſi homo dil genter caueat, facile ruit. lege Greg. homil. 24. in Euang. Anton. par. 3. tit. 8.

10 Ne exerceant artem, quæ ferè ad peccatum ſolùm ſeruit.

11 Ne retineãt aliena contra uo

luntatem Dominorum, sed restituant quamprimùm possunt; alioquin nō absoluat, vtsupra dictū est.

12 Ne vtantur depositis cum dāno, vel periculo dominorum, de quo Syl. V. depositum q. 1. & alij.

13 Vt ieiunent cum possunt, atque obseruent festa, quæ sunt in præcepto; ita vt non solum à mercatura, alijsque seruilibus operibus abstineant, sed missam audiant, orent, cæterisque spiritualibus officijs vacent: nam mercatores difficulter Deo placere possunt, vt prosequitur Chrys. hom. 38. in Matth. in imperfecto, & nos infra tract. 3. cap. 10. lege Orig. hom. 23. in num. D. Thom. 2. 2. quæst. 122. art. 4. Anton. 2. par. tit. 9. cap. 7. & tit. 1. cap. 16. & seq. Bonau. in Pharetra lib. 1. cap. 48. tom. 1. opusc.

De Recidiuis. Cap. XIV.

Vt vtiliter recidiuos iuuet confessarius, penetret primum necesse

cesse est in animos, ita vt non solùm intelligat qualitatem peccati, sed etiam causas recidendi, seu peccata iterandi, quæ sunt debilitas in voluntate, fragilitas in corpore, & tentationes, vel occasiones extrinsecæ; (loquimur autem de his, qui sacramenta frequentant) Deinde, sibi finem præfigat, nempe sanare infirmum, & liberare à peccato, atque huc omnia remedia referat, quæ sunt eiusmodi.

1 Omnem diligentiã adhibeat, vt pœnitens cognoscat grauitatem peccati ex ijs, quæ infra cap. 17.

2 Imponat graues pœnitentias, & per se aliquas etiam assumat cum consilio, frequentiam item Sacramentorum, orationis, & aliorum bonorum operum, & in primis, vt vitet pericula, & occasiones peccati.

3 Vt alios peritiores consulat de remedio.

4 Suspendat aliquando absolutionem.

5 Si denique accipit libenter remedia data, & ostendit signa contritionis cum aliqua emendatione, absoluat, & Domino commendet, atque ad memoriam reuocet, recidiuum cum iterat peccatum, Alios septem spiritus nequiores in animã adducere, vt Orig. hom. 2. ad Ephes. exponit. Reos denique criminis capitalis, qui mentiti sunt in examine contra ius, ne absoluat ante cõpletum examen; quia id tutius uidetur; lege Chrys. hom. 2. ad Ephes. Anton. par. 4. tit. 14. cap. 6. §. 2. & seq.

Matt. 12.

De ijs qui sunt in occasione peccati.
Cap. XV.

CVm in dubium reuocari non possit, remouendam esse occasionem peccati, ut patet Matth. 18. Si oculus tuus scandalizat te erue eum &c. idest reprime, & compesce; Item Ecclef. 3. Qui amat periculum peribit in illo; tria tamen maxime, confessarius obseruabit, ut hos melius adiuuare possit. Primum

pænitentem non teneri occasionem remotam relinquere. Secundum, teneri propinquam occasionem remouere, idest quæ peccatum est mortale, uel frequenter est causa inducens ad illud. Tertium, cum concurrunt tres conditiones nō teneri occasionem propinquam remouere. Prima uidelicet, ut si contritus, idest, ut eum pœniteat de peccato cum firmo proposito non peccandi in posterum cum spe ueniæ, &c. Secunda, ut probabili cōiectura putet eum non peccaturū. Tertia, ut sit causa rationabilis non remouendi eam occasionem; nimirum scandalum, uel magnum incōmodum, & detrimentum, honoris, famæ, uel rerum temporalium, &c. Naua, c. 3. nu. 10.

2 Hæc remedia ijs adhibēda sūt, qui sunt in occasione peccati, & nō possunt eam remouere. Primum, exhortatio communis, ex grauitate, & effectibus peccati, ex pœnis, & memoria mortis. De quibus c. 7. dicam. Secundum frequens con-

fessio, & communio, oratio, pœnitentiæ, &c. Tertium, vt cum confessario sæpè cõferat de statu illius occasionis, &c. de remedijs; ac si quid ipsi opportuuum occurrerit, proponat. Quartum, vt si non potest omnino separari; faciat quod potest: exempli gratia: rarò cum illa persona loquatur, vel nunquam solus, &c. Quintum, vt si sponte complex cum eodem confessario confiteatur, hic vtrunque adiuuet.

3 An autem sit absoluendus, qui cum omnibus his remedijs, tamen nihil proficit, sed iterat peccata, difficilius est ad soluendum; hæc tamen videntur certa. Primùm, adhibenda esse remedia, quæ paulò ante pro recidiuis allata sunt. Secundum si sit contritus, & exhibet aliquod signum correctionis, est absoluendus; si verò nulla apparet emendatio, neganda est absolutio, & prudenter, & cautè procuranda separatio; vel vt promittat pœnitẽs, se cum complice de remedio actu-

rum, eique significaturum se omninò nolle amplius peccare, quod ei negata fuerit absolutio: nam post hanc promissionem posset absolui. Vt Nauar. cap. 3. num. 21. lege de hac materia Chrys. hom. 15. ad Populum Basil. in reg. breu. cap. 40. Gregor. past. par. 3. adm. 31. Anton. par. 3. titul. 16. cap. 1. §. 10.

De modo iuuandi pœnitentes ordinarios. Cap. XVI.

NOui pœnitentes, primùm instituendi sunt ad sacramenta ritè sumenda, ad orationem, & examen conscientiæ, & ad alia opera deuotionis, maximè autem, vt conscientiam suam perfectè aperiant confessario, qui ipsũ sæpè moneat, & ad maiorem progressum in spiritu, cum diffidentia sui ipsis hortetur. Et item doceat discrimen inter suggestionem, & consensum, seu delectationem voluntariam expresse, vel interpretatiue. Moneat etiã

uitare iudicia temeraria, detractiones, dissolutiones, adulationes, contumelias etiam iocosas, ludos, otiū, & similia, quæ ualdè animum relaxant, & diuini spiritus suauitatem impediunt; utque ritè confiteantur, doceat discurrere per præcepta, ut uideant an in aliquo offenderint Deum, uel proximum, cogitatione, uerbo, opere, aut omissione, atque suadeat adhibere confessionale breue Vincentij Bruni.

2 Tepidos, deinde pœnitentes, idest eos, qui cum frequentent sacramenta, tamen parùm proficere uidentur, in hunc modum adiuuabit: etenim si facilè incidunt in peccatum mortale, adhibebit remedia, quæ suprà, capit. 14 posuimus pro recidiuis; si autem non peccāt mortaliter, ueruntamen non proficiunt in spiritu; sed sensuales sunt, iracūdi, & alia peccata uenialia graiuia committunt, hortetur ut se benè præparent ad Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, & uideant,

an

an occulta habeant peccata, & an præstitutum tempus dent orationi mentali, lectioni librorum spiritualium; an attente audiant conciones sacras, &c. & item suspendat aliquando communionem.

3 Leuiora autem peccata, quę ex infirmitate naturæ nascuntur, permittit Deus iustis, ut uel sic humilientur, & diligentius in uirtutum opera incumbant, ut D. Greg. li. 4. Mor. cap. 21. & 22. & lib. 3. Dial. ca. 14. & Past. par. 3. adm. 16. 34. & 35. Bonau. Pharet. lib. 1. cap. 10. Anton. par. 1. tit. 1. cap. 2. §. 5. & par. 2. tit. 9. cap. 1. & 2.

Quæ sint signa ad cognoscendum contritionem, & quis modus ad eam disponendi. Cap. XVII.

SIgna contritionis desumi possunt. Primùm ex præparatione facta ante confessionem. Secundò ex ipsamet confessione, & modo dicẽdi, nẽpe si exaggerat, si excusat, si la-

lacrymatur, &c. Tertiò, ex prompta voluntate satisfaciendi, vel difficultate: vt si petit maiorem pœnitentiam, vel recusat leuem. Quartò, cum ipsemet pęnitens rogatus, id significat; Adde quod etiam si dubitet de sua fragilitate pœnitēs, tamen potest esse contritus, cum scilicet dolet de peccato, & vult omnino ab eo abstinere. Nauar. cap. 9. num. 18. Victor q. 197. Quintò, ex memoria peccatorum, pudere, timore iudicij, & pænarum, &c. de quibus Nauar. cap. 1. num. 39.

2 Disponi verò potest ad cōtritionem, primùm, ex momentanea voluptate, & turpitudine peccati; cuius deformitas quanta sit ex eo maximè constat, quod pro remedio, sanguine filij Dei opus fuerit, vt prosequitur Bern. serm. 3. de Natiu. Domini. Secundò ex maiestate Dei offensi, qui Creator, Pater, & Redemptor noster est, Finis, & Beatitudo perfecta; ad quem homo collatus, nullus est: nam, Omnes homines

Ant. 3. p. tit. 14. c. 18. §. 5. Nauar. ca. 1. nu. 39.

nes quasi non sint, sic sunt coram eo,
& tamen peccator peccando, quan Isai. 40.
tum in se est Deum tollit; & à se
proijcit, quasi non esset Deus; quia
saltem vellet, vt non posset eum pu
nire. Tertiò ex hominis dignitate,
& præstantia, quam cum à natura,
tum in primis à Christi Domini gra
tia est consecutus, & tamen se in rē
vilissimam abiecit. Quartò ex ef-
fectibus peccati; priuat enim Dei Infra tra. 3
amicitia, gratia, donis, &c. Quintò c. 1. nu. 3.
ex ingratitudine; nam peccauit in
eum, qui innumera, & maxima be-
neficia ipsi contulit, bonaque cœ-
lestia meruit, & parauit. Sextò ex
nouissimis. Septimò ex fructu pœ-
nitentiæ: remittuntur enim per il-
lam, & teguntur peccata, vt expo-
nit Greg. lib. 30. moral. cap. 16. Pro- Psal. 31.
pterea nobis est veluti Ciuitas refu
gij, vt idem lib. 10. moral. capit. 5.
Item per pœnitentiam homo reno
uatur, vt accipiter. idem 31. moral.
cap. 18. Dat præterea pœnitenti
spem veniæ, gratiæ, & gloriæ con-
sc-

sequendæ. Ad hæc, impedit alia peccata; nam vt ait Gregorius 25. Moral. cap. 9. peccatum quod per pœnitentiam non deletur, suo pondere ad alia grauiora trahit. Lætificat denique Cælum, nam, Gaudiũ
Luc. 15. est in Cælo super vno peccatore pœnitentiam agente; quem locum exponit Greg. homil. 14. in Euang. Orig. hom. 23. in Num. dat item uerum gaudium etiam in hac uita. Chrys. hom. 18. ad pop. & in epist. ad Philip. homil. 15. Octauò, adde quod peccator est quasi leprosus, & pœnitentia sanatur Orig. hom. 8. in Leu. Item ut phreneticus; lege autem diuina ligatur, ne fremat. Chrys. hom. 14. in epist. 2. ad Cor. Item quia lex Domini est suauis Matth. 11. & 1. Io. cap. 5. Chrys. ser. 21. in ep. 1. ad Cor. Nec iubet nisi utilia, idem Chrys. homil. 16. ad pop. & 39. in Matth. præterea ueram pa
Psal. 118. cem affert, nam, Pax multa diligen
Psal. 18. tibus legem tuam. Psal. 118. & item lucem menti præfert, nam, Pręceptũ

Do-

Domini lucidum illuminans oculos, ſapientiam præſtat paruulis. Huius autem legis iugum, quod homo per peccatum à ſe abiecit, per contritionem reſumit, ſuoque collo imponit: Deus autem illud ſubleuans, leue, & ſuaue reddit Chryſ. hom. 17. & 39. in Matth. & ſerm. 21. in 1. epiſt. ad Cor. D. Tho. 1. 2. qu. 104. art 4. Nos uerò, Fingimus laborem in præcepto, cum Deum ſubleuatorem à nobis reijcimus, & ingredimur uias peccatorum difficiles, errantes à uia ueritatis. De quo Chryſ. hom 9. in epiſt. 1. ad Theſſ. & hom. 6. in epiſt. ad Tit. & homil. 33. in epiſt. ad Hebr. Caſſia. collat. 24. cap. 24. & 25. uel uiam Domini nimis onuſti terrenis affectibus proſequimur Chryſ. ho. 6. in epiſt. ad Tit. uel declinando ad dexteram, uel ſiniſtram, & dilatatis manibus, & pedibus tranſimus per arctam uiam Domini, quæ eſt ueluti pons anguſtus, ut Baſil. in reg. breu. inter 241. Illis autẽ qui membra coanguſtãt,

Oſeæ 11.
Hier. 6.
Pſal. 93.
Sap. 5.

& coarctant, redditur facilis;eis ni mirum, qui passiones reprimunt assidua mortificatione, &c. In hanc sententiam lege plura apud Greg. past. p.3.adm.30. & lib.4.moral.ca. 26. itē Orig.hom.20.& 23. in nu.& hom.7. 12. & 14.in Leu. Chrys. ho. 30. ad pop. & homil. 8. in epist.ad Rom. Cassia. colla.6.cap.3. Bonau. opusc. de 7. itineribus æternitatis tom.3. Anton.par.3.tit.14. cap.18. §.5. Huc etiam spectant quæ nos supra tract. 1.cap.1.§.5. Ex his denique intelligitur quomodo iuuandi sint obstinati, & adducendi ad contritionem, atque ex ijs quæ speciatim Greg.pastor.par.3. adm. 14.

De modo iuuandi scrupulosos.
Cap. XVIII.

STatuere primum oportet, quid sit scrupulus; est enim motio ad vnam partem contradictionis, ex leuibus coniecturis; ex qua descriptione constat. Primum scrupulum

esse

esse motiuum contra determinatũ iudicium rationis, vel conscientiæ; omnes enim scrupuli versantur in apprehensione, non in iudicio, at vero scrupulosi confundunt repræsentationes cum consensu, & putãt se consentire peccato, cum vere nõ consentiant. Deinde infertur posse esse voluntatem rectam, quæ non sit conformis conscientiæ scrupulosæ; imo expedire aliquando facere contra talem conscientiam, dũmodo tamen scrupulosus perseueret in iudicio practico, quo iudicat id sibi licere; si enim incipiat dubitare, peccat si ita operatur, nisi cõscientiam deponat, qua propter magni refert paruipendere scrupulos, vt §.4. dicam. Postremo infertur, valde improprie dici scrupulosos illos, qui ex ignorantia dubitant de qualibet re, & comperta veritate, statim acquiescunt; eoque magis illos, qui propter synderesim, remorsum habent conscientiæ, ex causa probabili. Hi enim non

sunt

sunt scrupuli, sed uel dubia, uel remorsus conscientiæ.

2 Præterea ponendum, non esse in tuto statu illum, qui est solum solicitus de præteritis peccatis ex leuibus coniecturis, & negligens in cauendis præsentibus, uel futuris.

3 Scrupulos posse oriri ex uarijs causis. Primùm ex complexione timida, qualis est frigida, & melancholica. Secundò ex læsione imaginationis. Tertiò ex tentatione Dæmonum. Quartò ex nimia debilitate orta ex uigilijs, abstinentijs, studio, meditatione, &c. Quintò ex multa conuersatione cum scrupulosis. Sextò ex superbia, & nimia confidentia sui; ex quo intelligitur conscientiam scrupulosam esse ualde perniciosam, & periculosam; gignit enim inconstantiam, & paruitatem animi, acediam, nebulas intellectus, & perturbationẽ mentis, destruit uires corporis, & animi, ac tandem, uel ducit in amentiam, uel in desperationem.

4 Præ-

4 Præcipua remedia, quæ maxime iuuant ad tollendos scrupulos, hæc sunt: Primum, se disponere pro virili ad gratiam, & auxilium speciale Dei. Secundum, auertere cogitationem à scrupulo. Tertium, mederi atræ bili, seu melancholiæ, moderatam procurando recreationem, cibos aptos, medicinam, &c. Quartum, submittere se aliorum iudicio, sibiq. certò persuadere, id quod confessarius suadet, Deo magis placere. Quintum, eligere in dubijs opinionē probabilem, & in ea quiescere, etiamsi minus tuta sit; vt cum agitur de restitutione faciēda, de iterandis orationibus, & similibus. De quo Naua. c. 27. nu. 286. & Summ. V. opinio. Sexto, diffidere de proprijs viribus, & cōfidere in Dñi misericordia. Septimum, assiduè, & deuotè orare. Octauū, solicitū esse in vitādis manifestis peccatis, et venialibus. Nonū, statuere, quod nō quidquid homo faceret in articulo mortis constitutus, debet; nec expe-

dit in toto suæ vitæ tẽpore facere. Decimũ, rectè intelligere illas celebres propositiones, in dubijs tutior pars est eligẽda; Qui amat periculũ peribit in illo; tene certum, & dimitte incertum; bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere vbi culpa non est. De quibus Anton. par. 1. ti. 3. cap. 10. §. 10. Nauar. cap. 27. num. 280. & alij. Vndecimum, si quis dubium scrupulosum deponat ad cõsilium viri eruditi, excusatur à peccato, etiam si erret. Duodecimum, qui patitur scrupulos, potest, & debet contra illos operari tuta conscientia, etiam proprio consilio, dũmodo probabili ducatur ratione; nec quidquam refert, num ratione timoris, habeat leuem suspicionem in oppositum. Decimumtertium, scrupulosi credulitas habenda est pro certitudine, cum est in eius fauorem; vt si credat se esse ritè confessum, &c. Caiet. V. scrupulosorũ medicina, & alij. Decimumquartũ, leuiore fundamento potest scrupu-

losus aliquid tuto credere, & sequi quàm alij; vt cum in Missa, vel horis canonicis recitãdis dubitat, an aliquid omiserit, potest prosequi, putando se nihil omisisse. Decimumquintum, circa legum obseruationem, sibi certò persuadere eum nõ peccare, qui obseruat legem secundum mentem legislatoris, etiam si verba trasgrediatur: Item, quod benigna, non seuera, interpretatio facienda est; præterea quod Deus, et Ecclesia non intendunt obligare, nisi ad id, quod fieri potest; Est enim iugum suaue; & item, illum, qui cõtra legem facit, non ex contemptu, sed per epicheiam, ratione alicuius periculi considerati, non peccare, vt Sylu. V. scrupulus quæst. 4. §. 7. Tab. eodem. Anton. reg. 7. & alij. Decimumsextum, licitum esse denique vni facere aliquid, quod alijs est dubium, an sit peccatum mortale; vt liquet ex supradictis, quia nimirum acquiescit opinioni probabili, quæ tamen illis videtur

falsá. Hæc de remedijs scrupulosorum.

De modo iuuandi rudes, & pueros, ac puellas. Cap. XIX.

CONfessarius cum rudium audit confessiones, videat primû an sciant mysteria fidei necessaria, & præcepta Decalogi, ac Ecclesiæ; ea item ex quibus imminet periculum scandali, & quæ ad eius statum, atque officium pertinent; & ignorantes hæc, si potest doceat; sin minus, ad aliquem instructorem mittat.

2 Cum confessio longa est, interroget confessarius iuxta ordinem præceptorum, ita vt ad Caput propositum illi respondeant quod occurrit, deinde ad alia sigillatim, & in primis roget, an aliquid siluerint data opera in confessione, vel proposuerint non dicere, nisi rogati.

3 Qui autem sciunt legere vtantur confessionali Bruni, vel alio simili; aut doceat confessarius discur-

rere per pręcepta, per tempora, per varios ſtatus, officia, loca, & perſonas cum quibus eſt verſatus, &c. lege de his Henr. lib. 6. cap. 29. & 30. & lib. 5. ca. 5. & alios.

4 Cum dicunt ſuperuacanea, & omittunt grauiora docebit eos patienter, præſertim ſi habeant conſcientiam erroneam, vt ſupra dictum eſt.

5 Doceat dicere Coronam, vel Roſarium, vt paulatim diſcant deuotè orare, audire Miſſam, & antequam eant cubitum examinare cõſcientiam. lege Anton. par. 3. tit. 8. cap. 4. §. 13.

6 Cum pueris verò cautè agat, ne propter pudorem, ſeu verecundiam peccata taceant, propterea leniter, & paulatim interroget; an dæmon eis ſuggeſſerit prauam aliquã cogitationem, & de motibus ſenſualitatis, ſi ætatem habent; inde ad verba, & tandem ad alios actus externos procedat, moneatq; ne eos pudeat cõfiteri, ꝙ non puduit facere;

item ad remedium institutam esse confessionem; quæ tamen si non sit integrè non prodest, imò maximè obest, propter sacrilegium; indicet præterea sigilli obligationem, vt ad confitendum incitentur, & quæ nos cap. 1. §. 5. Ad hæc admoneat; vt sint obedientes parentibus, & magistris; sintque diligentes in studio; vt ludos prohibitos deuitent; quia dæmon dat sic ludere; nempe cum peccato; vt Chrys. hom. 6. in Matt. neque cantent turpia, quia tunc dæmon adest: si autem cantent spiritualia, adest Deus Chrys. in psal. 41. Et item vt conuersationes prauas fugiant, inhonesta verba, crapulã, ebrietatem, superfluos ornatus, vtque deuotè missam audiant, & orent; præterea conetur in eorum animis imprimere timorem Dei, qui est initium sapientiæ; & verò etiã timorem pœnarum inferni, vt monet Chrys. homil. 2. in epist. 2. ad Thessal. Adhibeat denique diligentiam, vt intelligant plurimum con-

ferrè ad virtutem consequendam, & conseruandam, ne iuuenes nimiā cum aliquo familiaritatem ineant; neuè cum externis faciles sint, sed insipidi potius, & acres; vt volebat Seneca, idemque suadet S. Catharina Senensis epist. ad neptem, & Chrysost. in psal. 4. in fine. Atque propterea B. Laurentius Iustinianus, talem se fuisse in iuuentute lætatur, ac de hoc Deo gratias agit; quod maluerit melancholicus, & inurbanus haberi, quam diuina gratia virtuteq. priuari; facilitas enim morum in ea ætate cum nimis alliciat animos; periculosa est. Adde quod læti habent de propinquo luxuriam, vt Gregor. past. par. 3. adm. 4. & lib. 19. Moral. cap. 12.

7 Cum puellis etiam cautissime loquatur, ne fortè quæ innocentes sunt, praua discant; eas autem quas iam deprauatas esse cognouerit, diligenter examinet vt supra. Deinde moneat vt superfluum ornatum detestētur, prospectum per fœnestras

vitent, litteras, munera, turpia verba, libros amatorios, & quæcunque honestati aduersantur; doceat denique orare, tentationibus repugnare, & confiteri, & communicare deuotè; & reliqua, quæ nos alibi. lege Henriq. lib. 5. de sacram. c. 8. §. 2.

De timidis, & pusillis iuuandis dixi tract. 1. cap. 1. §. 5. consolari enim eos oportet ex Dei clemētia, & promissionibus, ex passione Christi, & similibus locis; lege Greg. Past. par. 3, adm. 9. Chrys. homil. 35. in Genesim, & hom. 13. in Matth. & hom. 26. in Acta D. Tho. 2. 2. quæst. 133. Bonau. Opusc. de pugna spirituali. tom. 3. Anton. par. 2. tit. 9. ca. 6. & 15.

Quomodo sint iuuandi hypocritæ. Vide in Pastor. Gregor. par. 3. adm. 36. & lib. 8. Moral. cap. 24.

Perturbatos itē passionibus cōsoletur ex his quæ Greg. Past. par. 3. adm. 3. 4. & 10.

Tribulationibus vexatos sōletur

ex

ex his, quæ idem Greg. Paſt. par. 3. adm. 27. & ex bonis patientiæ, de quibus Tertul. Cypria. Auguſt. D. Thomas, & alij.

Hæreticos denique adiuuet iuxta ea quæ D. Greg. Paſt. par. 3. admonit. 25. Si enim ſingula perſequi vellem, nullus eſſet finis.

TRACTATVS TERTIVS.

DE REMEDIIS peccatorum.

PERITI medici est non solùm ægrotis mederi, eosque in pristinam suã sanitatem restituere, sed etiam sanos à morbis præseruare, morborumque causas prohibere; idemque medicis spiritualibus animatum obseruãdum eo magis est, quo præstabilior est animus corpore, quoue spirituales morbi perniciosi magis sunt, & periculosæ curationes. Quamobrem

hoc tract. breuiter agam de remedijs contra vitia, & tentationes, vt promptior sit confessarius ad pœnitentes iuuandos. Ac primùm generatim, deinde speciatim de singulis dicam.

De remedijs generatim, & vniuersè, contra vitia, & tentationes. *Cap. I.*

SAlutare in primis remedium est ad omnia peccata vitanda, vitiaque expugnanda, meditari omnibus horis impendentem mortem, Iudicium Dei, Inferorum pœnas, & gloriam Paradisi, iuxta consilium sapientis Eccles. 7. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

2 Humilis, deuota, & assidua oratio, cum meditatione beneficiorũ, & mysteriorum Dei cõiuncta; quãdiu enim Deus non aufert à te deprecationem tuam, non auferet a te misericordiam suam, vt D. Aug. in ps. 65.

3 Per-

3 Perpendere iusti hominis fœlicitatem, impij calamitatem, mundiq. vanitatem; qui enim bene viuit est verus homo, vt Orig. hom. 14 in Leu. immò est quasi Angelus; ibidem hom. 9. fruitur multa pace, idcirco est fœlix Chrys. hom. 29. in 1. ad Cor. & hom 6. in 2. ad Cor. Et verè nobilis Greg. 20. Moral. c. 16. & Chrys. hom. 3. & 9. in Matth. propterea comparat illum Cælo hom. 16. in epist. ad Hebr. plures etiam laudes idem enumerat hom. 27. ibidem. Hinc Salomon, Time, inquit Deum, & mandata eius obserua; hoc est enim omnis homo; idest in hoc consistit perfectio hominis. Non igitur mirum si caduca omnia talis contemnit Chrys. hom. vlt. in epist. ad Phil. Habet enim mercedē copiosam ei paratam in Cælo. Matth. 5. Luc. 6. Chrys. hom. 43. in 1. ad Cor. Adde quod anima iusti in manu Dei est, in qua sunt voluptates vsque in finem, est item iustus templum Spiritus sancti, filius Dei,

Psal. 118.

Eccl. vlt.

Sap. 3.
Orig. hom. 9. & 14. in Leu.

cohæres Christi, cum verò peccat fit seruus peccati, & diaboli, inimicus Dei, denigratur super carbones; præterea, quod, priuatur gratia, & donis, fit reus gehennæ, & similis bestijs, immò peior illis; vt Chrys. hom. 39. ad pop. Orig. ho. 8. in Exod. Item, Non est pax impijs, quia, Impij quasi mare feruens; res præterea huius Mundi caducæ sunt & vanæ, nec satiant animam; Eccles. 1. & Io. 4. Vita item breuis, incerta, fragilis, fallax, misera, & morti subiecta, vt Greg. libr. 7. Moral. cap. 14. & lib. 11. cap. 15. & lib. 12. cap. 9. & lib. 20. cap. 15 Hinc Augustinus lib. 4. confess. capit. 12. quærite inquit, quod quæritis, sed non est vbi quæritis.

Thren. 4. *Isa. 48.* Sup. tract. 2. c. 17. *Isai. 57.*

4 Optimum est remedium meditari passionem Christi Domini, vt monet Apostolus ad Hebr. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus, &c. contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim vsq.

ad sanguinē restitistis; lege Chrys.
Ad Heb. 6. 82. in Ioan. Gloriemur item in cru-
Ibid. c. 12. ce eius ad Gal. 6. Chris. hom. 55. in
Matth. Præterea cogitemus pecca-
torem rursum crucifigere sibimet
ipsi filium Dei, eumque conculcare,
Et sanguinem Testamenti pollutū
ducere, in quo sanctificatus est, &
Spiritui sancto contumeliam face-
re, & eum quodammodo contri-
stare.

Ad Eph. 4. 5 Iuuat frequentia sacramento-
rum, pœnitentiæ, & Eucharistiæ cū
debita præparatione, & reueren-
tia; nam qui manducat meam car-
nem, &c. in me manet, & ego in eo:
Ioan. 6. hinc Chrys. hom. 61. ad popul. ait,
tanquam Leones ignem spirantes
ab illa mensa recedamus, facti Dia-
bolo terribiles. Item quia gratia
fœcundat animum, &c. vt Orig.
hom. vni. in l. reg. in fine Greg. 5.
Moral. cap. 5. & lib. 32. cap. 8. Cassia.
lib. 12. instit. cap. 11.

6 Mouent valdè exempla Sancto-
rum, qui Christi vestigia Domini se-
cu-

cuti, magna passi sunt tormenta; nos autem, Nondum vsque ad sanguinem restitimus, & fatigamur animis nostris deficientes, & tamen non sumus illis meliores; vt prosequitur Chrys. homil. 28. ad pop. & hom. 15. ad Philip. *Ad Hebr. 12.*

7 Cogitare, quod Deo omnia sciente, & vidente fiant, vt fecit Abraam Genes. 22. & notat Chrys. in Psal. 7. & Bern. serm. 2. in Psal. qui habitat. Item quod pro Christo pati, maximum beneficium est, atque optabilius, quam rapi cum Paulo vsque ad tertium cælum, vt Chrys. hom. 8. ad Ephes. simile in hom. 5. de patientia Iob. Adde quod, Ipse Pater amat nos, & nostri curam gerit, scit quid expediat, & potest, si vult liberare. Chrys. in cap. 1. Iob. Greg. lib. 28. Moral. cap. 9.

8 Timor Domini expellit peccatum. Hinc Dauid Psal. 118. Confige, inquit, timore tuo carnes meas, nā qui confixus est clauis, moueri non potest, ita qui timet Deum vix, aut *Eccles. 1.*

rarò peccat. Basil. in Psal. 118. Cassian. lib. 2. instit. cap. 35. D. Thom. 1. 2. quæst. 68. art. 4. hinc Eccles. 21. quasi à facie colubri fuge peccata; & Chrys. hom. super oratione Annæ, gehenna quaque formidulosius sit, Deum offendere; & omni regno desiderabilius Deo placere: simile in hom. 5, ad Rom. & 24. in Matth. & 23. in Genes. Item in Psal. 127. timor inquit Domini purgat hominem, vt ignis ferrum, & illum beat. Denique apponit dies; Prou. 20.

9 Plurimum adiumenti adfert lectio librorum spiritualium, examẽ conscientiæ, sæpe imaginari præsentiam Dei, & Angelorum, assumere voluntarias pœnitentias, & mortificationes, adhibere consilium confessarij, deuitare occasiones peccatorum, & similia: Sed age adiungamus nunc aliqua remedia vniuersalia pro tempore ipso tentationis.

10 Igitur remedium est, diffidere de proprijs viribus, & ad Deũ cũ fiducia recurrere, qui est refugium no-

nostrum, & virtus, adiutor in tribulationibus; assumere item gladium spiritus, quod est. Verbum Dei, & cogitare Deum cum cælesti curia expectare à nobis victoriam, vt coronet, & det manna absconditum. Item quod Deus fidelis est, qui nõ permittet nos tentari supra vires. Lege Chrys. hom. 6. ad Tit. Greg. li. 26. Moral. cap. 16. & lib. 33. cap. 10. & 11. & supponit manum suam, ne collidamur psal. 37. lege Bern. ser. 2. in Psal. qui habitat. *Psal. 45.* *Ad Eph. 6.* *Apoc 2.* *1. Cor. 10.*

11 Cogitemus citò transire laborem certaminis, meritum verò manere, vt ait D. Petrus, Modicũ nũc si oportet contristari in varijs tentationibus, &c. & D. Paulus 2. Cor. 4. Momentaneum, & leuè tribulationis nostræ, supramodum in sublimitatæ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Contra verò, si nos vinci patiamur, imminent omnia mala, quæ alias recensuimus. *1. Pet. 1.*

12 *Principijs* tentationum constanter resistendũ; si enim præualeat

hostis, difficilius superatur. Hinc Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet a vobis. lege Chrys. super Psal. 6. & ho. 9. in primam ad Thess. & Apostolus Petrus, Fratres, inquit, sobrij estote, & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tāquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide; & Paulus ad Ephes. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, &c. Non est enim nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & Potestates, &c. Illud præterea solatur nos, quod non vincit nisi volentem; est enim veluti canis vinctus catenis, qui ad se propinquantes solùm, mordet; vt August. serm. 197. de tempore; & item dat animum, quod Deum nemo amittit, nisi qui dimittit; vt idem li. 4. confess. cap. 9. Adde quod Christus Dominus illum superans in tentatione, vires eius eneruauit. Hinc Ioan. 16. Confidite, inquit, ego vici mundum.

1. Epist. c. 5.

13 Meditari præmia illis parata, qui fortiter dimicauerint vsque ad finem. lege Orig. libr. 2. in Iob. & hom. 7. 25. & 27. in Nu. Greg. lib. 7. Mor. ca. 7. & lib. 8. cap. 3. & 5. lib. 30. c. 17. lib. 31. cap. 17. lib. 32. cap. 16. lib. 33. cap. 10. & 11. & hom. 12. in Ezech. Chrys. hom. 43. in 1. ad Cor. Cassian. lib. 5. instit. cap. 17. & coll. 24. cap. 25. Bern. serm. 2. in Psal. Qui habitat & 64. in Cant.

14 Denique iuuabit intelligere vtilitatem tentationis, & ab ea nō abhorrere; vt enim illam contemnere, periculosum est; ita nimis timere, vitiosum; propterea de hac re aliqua dicam. lege plura apud Bona. Opu. to. 3. Ant. p. 1. tit. 6. c. 13. *Luc. 3.*

De vtilitate ex tentationibus capienda. Cap. II.

STatuenda primum sunt aliqua ex quibus tentationis vtilitas facilè intelligi poterit; nempè multos esse tentandi modos, & tentato-

res plurimos; nam tentat homo hominem, vt cognoscat; tentat etiam homo Deum, vt eius virtutem experiatur; tentat caro, vt alliciat; tentat mundus, vt ad se trahat; tentant hæc eadem, vt sunt instrumenta diaboli; tentat ipse dæmon, vt noceat, & ad malum inducat; tentat denique Deus, solum vt promoueat, & erudiat; vt scilicet homo cognoscat se ipsum, & ab alijs cognoscatur; sic tentauit Abraham, Iob, Tobiam, filios Israel, & plerosque alios: ad malum autem Deus neminem tentat. Tentationem verò dæmonum aliquando Deus vult, aliquando permittit; vult nimirum in electis ad maiorem gloriam, quia scit eos non consensuros. Hinc Iacob c. 1. Beatus vir, qui suffert tentationem, &c. sic tentatus fuit D. Paulus: & alij Sancti, secti sunt, tentati sunt, &c. ad Hebr. 11. Atqui permittit in malis hominibus secundum iuditia occulta suæ diuinæ prouidentiæ, & iustitiæ; dat tamen

1. Ioan. 2.

Gen. 22. Iob cap 2. To. 2. Deu. 13. Iac. 1.

eis auxilium ſufficiens, cuſtodiam Angelorum; & cũ ſint præditi libero arbitrio, quod cogi non poteſt, reſiſtere poſſent ſi vellent conari, & diuino auxilio cooperari. Has tentationes Deus refert ad gloriã ſuã, & cõfuſionem ſuperbiæ diaboli, ad incrementum bonorum: mortificat enim Deus, vt purificet. Chryſ. ho. 6. ad Tit. Adde ꝙ etiam tentationem corporalẽ vult Deus plerumq; vel ad puniendum, vel ad corrigẽdum, vel ad glorioſius coronãdũ: attamẽ dæmon ad tendandum hominẽ mouetur, tum propria ipſius malitia, tum ſuperbia, tum inuidia erga homines, tum denique propter odiũ, quod habet erga Deum. Tentat autem, vt exploret, & cognoſcat interiores affectiones hominis, & ꝯ ad quæ vitia ſit magis pronus (cum interiora non cernat) vt ad ea inſtiget; atque ab illis virtutibus remoueat, ad quas videt eũ magis eſſe incitatum. Tentat deniq. ſeducẽdo intellectũ, vel corrũpendo affectũ,

quo autem modo id efficiat vide apud Cassian. colla 7. cap. 20. 22. & 23. Anton. 2. par. tit. 12. cap. 1. Hinc obtinuit nomen tentatoris, vt patet Matth. 4. & prima ad Thess. 3.

2 Statuo deindè Fidelē esse Deū, qui non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed facit cum tentatione etiam prouentum, vt possimus sustinere. Hinc Psalm. 117. Impulsus euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me, & psal. 36. Cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supposuit manum suam; lege Bern. serm. 2. & 4. in psal. Qui habitat.

1. Cor. 10.

3 Cum tentatio hominis sit duplex vna ab intrinseco, quæ à carne, & concupiscentia oritur, altera ab extrinseco, nempe à dæmone, vel eius Instrumentis, &c. prior, vel est cum peccato, vel oritur ex peccato; quia scilicet fit per delectationem, & concupiscentiam; vt D. August. lib. 19. de Ciuitate cap. 4. D. Thom. 3. par. quæst. 41. art. 1.

ad tertium, & alij.

4 Denique statuendum est hanc esse consuetam viam ad consequendam virtutem, & vltimam fœlicitatem, diuina prouidentia constitutam; nimirum per multas tribulationes, & tentationes. Hinc Iob cap. 7. Tentatio, inquit est vita hominis super terrã: & Sapiens Eccl. 11. Fili accedẽs ad seruitutem Dei, sta in Iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem; & Iacob 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tribulationes, & tentationes incideritis: & hac via Sancti ad gloriam peruenerunt; vt prosequitur August. in ps. 60. Chrys. hom. 15. ad Phil. Et in primis Redemptor noster, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius; Sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus; tentari tamen voluit pro similitudine absque peccato; & solùm ab extrinseco; his potissimum

Act. 14.
Ibid. c. 14.
Ad Hebr. 11.
1. *Petr. 2.*
Hebr. 7.
Ibid. c. 4.

de causis: Primum, vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, iuxta Gregor. hom. 16. in Euang. & Aug. lib. 4. de Trinita. c. 13. Secundò, vt nemo quantumuis sanctus se immunem putet à tentatione; nam sanctificati vehemētius tentantur, vt Hilar. super Matth. cap. 3. Tertiò, vt instrueret nos ad superādum tentationes, vt August. dicto c. 13. & in psal. 60. Quartò, vt nobis fiduciam daret de sua misericordia, Nō enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; in eo enim in quo passus est ipse, & tentatus, potēs est, & eis qui tētantur auxiliari.

Ad Hebr. 4.
Ibid. c. 2.

5 Ex his facile intelligitur, maximam ex tētationibus hauriri posse vtilitatem: quare tentari oportet homines, etiam iustos; primùm ne sua virtute extollantur 2. Cor. 12. Deinde ne alij plus eis tribuant, quàm oportet, Deos esse existimātes. Tertiò, vt Dei virtus magis elucescat, & sublimitas, Sit virtutis

2. Cor. 4.

 Dei,

Dei, & non ex ipsis, & totam spem in eo collocent, vt Chrys. hom. 6. ad Tit. sic enim confundunt hostes resistendo, quasi adamas, ictibus tẽtationum: Chrys. hom. 4. in Gen. Cassian. colla. 6. cap. 12. Quartò, vt sic magis probentur Eccles. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Item vt eorum virtus, & patientia manifestetur, ne spe præsentis fœlicitatis Deo seruire videantur. vt liquet in Iob: & obseruat Greg. homil. 19. in Ezech. Quintò, vt ad futuram vitam aspirent de resurrectione cogitantes; ibi enim parata sunt illis præmia. Chrysost. hom. 8. in 2. ad Timoth. Bernard. & alij. Sextò, vt exemplum eorum esset alijs afflictis solatiũ. Septimò, ne eos imitari nos tęderet; nã licet virtute præcellant, sunt tamẽ eiusdẽ naturæ nobiscũ, passibiles, & imbecilli. Octauò, vt omnes scirent, qui nã beati, quiuè miseri censendi sint, & itẽ ex amaritudinibꝰ asperis

discerent verè iucũdari, vt August.
2. Cor. 12. l. 2. confess. cap. 2. Nonò, vt virtus
in infirmitate perficiatur, & meri-
Rom. 5. tum crescat; nam, Tribulatio pati-
entiam operatur. Lege Orig. hom.
14. in num. quare fortiores fiunt,
vt arbores cum à ventis agitantur
Chrys. hom. 19. ad Hebr. Hinc iusti
assimilantur auro, impij paleæ; hæc
enim igne cõburitur, & aqua mar-
cescit; aurum autem purgatur, &
roboratur; sic iusti in rebus secun-
dis, & aduersis perficiuntur; vt
Chrys. ho. 4. ad pop. Decimò, vt
peccatorum maculas purgent, si
quæ supersunt; id enim in hac vita
cum merito fit, & mitius, quàm in
purgatorio. Hinc Aug. orabat, hic
vre, hic seca, vt in æternum parcas,
& Abac. 3. Ingrediatur putredo in
ossibus meis, & subter me scateat,
vt requiescam in die tribulationis,
&c. idest in die iudicij vniuersalis:
vt ibi Hier. & apertius in lib. 2. con
tra Pelegianos. Vndecimò, vt com-
pertum sit eos fortiores euasisse sa-

cra-

cramento; & item esse filios Dei; Hic enim flagellat omnem filium, quem recipit; Chrys. hom. 29. ad Hebr. Duodecimò, vt dæmonem à se discessisse intelligant, cum vincunt. Decimotertiò, vt vel ex hoc discant thesauros illis creditos esse; aliàs enim non eos persequerentur dæmones; & item illos vicisse, nam dæmon solet tentare eos à quibus percutitur; vt Chrys. hom. 43. in primam ad Cor. Ad hæc quia sæuire magis, Conatur in meliores; Gregor. lib. 3. moral. cap. 9. Hier. in 19. Ezech. hinc Abac. 1. Esca eius electa; quod quidē figuratur Ezech. 47. in aqua illa, quæ vsque ad talos peruenit. Decimoquartò, vt discant alijs compati, & auxiliari; nam, Qui non tentatus, quid scit? & hoc de Christo Domino etiam testatur Apostolus ad Hebr. 2. vt paulò ante notaui. Decimoquintò, vt demisso animo sint, omnibus se humilient, & non confidant in proprijs viribus, discunt enim in ten-

Ad Hebr. 12.

Eccle. 34.

2. Cor. 3. tatione, quod, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquã ex nobis, Sed sufficiẽtia nostra
2. Cor. 3. ex Deo est, Idque in primis in aliorum correptione vt supra monuimus ex Apostolo ad Gal. 6. Decimosextò, denique vt coronæ præmium augeatur, quod æternum est, & maximum, tentatio autem momentanea, & Leuit. 2. Cor. 4. De his lege plura apud Chrys. hom. 5. ad popul. & hom. 13. in Matth. & 19. ad Hebr. Greg. lib. 5. Moral. c. 1. lib. 4. c. 10. Aug. in psal. 60. Bonau. Opusc. tom. 2. Ant. par. 1. tit. 6. c. 13. §. 2. Rossignol. lib. 2. de disciplina Christianę perfectionis c. 31. & seq.

De ijs quæ conferũt ad conseruandam Fidem Catholicam. Cap III.

CVm tentationes cõtra Fidem, incipientibus, molestæ esse soleant, admonendi sunt, vt eas confessario detegant, & cum Apostolis assiduè precentur, Domine adauge nobis

nobis fidem ; sic enim statim euanescent, & in nihilum decident hostis conatus ; contra curiositatem verò superfluam, his telis vtantur. *Luc.* 17.

Primum Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris. Item Isai. 7. Nisi credideritis non intelligetis.

Secundũ Greg. hom. 26. in Euan. Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum.

Tertium, Bern. epist. 190. quid magis contra rationem, quam ratione rationem conari transcendere? & quid magis contra fidem, quam credere nolle quidquid non possis ratione attingere?

Quartum ex Basil. in psal. 110. primarum propositionum, impossibile est inquirere demonstrationes.

Quintum, ex August. lib. 21. de Ciu. c. 7. in rebus miris summa credẽdi, ratio est, omnipotentia Creatoris. Itẽ demus aliquid Deũ, posse, quod nos fateamur inuestigare non posse; & epist. 3. tota ratio facti, est potẽtia facientis. Sic Abraham

cre-

credidit Deo Gen. 22. sic hactenus omnes sancti; nam Deus fidelis est, & decipi nō potest; & Vnigenitus, qui est in sinu Patris ipse enarrauit; lege August. lib. 21. de Ciuit. Dei, D. Thom. 2. 2. quæst. 167. & quæ nos paulò ante de tentationum remedijs. & Bonau. Pharetræ. lib. 2. & Dietæ salutis. tit. 5 Anton. par. 2. tit. 12. c. 7.

De remedijs contra blasphemiam.
Cap. IV.

PRoderit, vt quisque ab hoc peccato abhorreat diligenter perpendere.

Primùm, quàm graue peccatum sit; est enim maius homicidio, atque adeò, vt iusti, ne nominare quidem audeant; vt patet Iob. c. 1. & 3. reg. 22. vt notat Olymp. & Dydimus. Adde quod blasphemia hæreticalis cum assensu intellectus continet hæresim, & reseruatur in bulla Cœnæ.

Secundò,

Secundò, quam ſit iniuſtum crimen, & contra rationem, quia eſt immediatè contra Creatorem, In quo viuimus, mouemur, & ſumus; & à quo bona omnia expectamus.

Tertiò, quam inutile delictum omnino ſit, immò perniciosũ; Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis. *Ad Hebr. 10.*

Quartò, quãtum ſcandalum det etiam Infidelibus.

Quintò, quam periculoſum ſit; nam etiam in hac vita vindicare hanc iniuriam Deus ſolet, vt in Sennacherib. 4. Reg. 19. In Antiocho 2. Machab. 2. & alijs num. 16. liquidò apparet. Lege Orig. hom. 14. in Leu. Greg. 4. Dial. c. 18. Chryſ. in pſal. 95. & 144. & Decretál. in cap. ſtatuimus de maledicis.

Sextò, iuuat etiam vitare occaſiones, nimirùm ludos, iuramenta, prauas conſuetudines, &c.

Septimò, examen particulare quotidie adhibere, & grauem pœnitentiam ſpontè aſſumere.

Octauò,

Octauò, confessarius non absoluat, nisi imposita primùm grauissima pœnitentia, iuxta decretum Concilij Laranen. sub Leone X. sess. 9. §. ad abolendam, cuius meminit Nauar. cap. 12. num. 83. & præcipuè iniungat diuinas laudes, & orationes, Officium, Coronam, &c. vt sæpe terram osculetur, vt benedicat Deum, & Sanctos, dicat gloria patri, &c. corrigat blasphemantes; & in primis obliget ad frequentem vsum Confessionis, & Eucharistiæ. In eos verò, qui factis Deum blasphemant, & alios ad idem inducunt, Orig. inuehitur hom. 17. in Num. & Chrys. hom. 29. in Genes. & hom. 8. ad Rom. Anton. 2. par. tit. 8. cap. 7.

Rom. 2.

Periuros autem eadem ferè iuuabunt remedia. Illi verò qui consueti sunt temere iurare, cogitent, Primum, se de omni verbo otioso reddituros esse rationem in die Iudicij Matth. 12. Secundò, consiliū esse Domini, Nūquā iurare Matth.

5. &

5. & Iacob. ep. cap. 5. propter periculum periurij: difficilè enim est omnes comites semper adhibere, nempe ueritatem, iustitiam, & iudicium. Chrys. hom. 8. ad popul. Tertiò, quia nulla in eo utilitas, nam iuranti, fides non habetur. Chrys. ibid. & hom. 14. 15. & 19. ad pop. & hom. 9. in Acta. Anton. par. 2. tit. 10. cap. 7.

De remedijs pro ijs qui parentes, & superiores non reuerentur. Cap. V.

MEditentur eos locum Dei tenere: deinde quanta eorum causa passi sunt, & patiũtur. Tob. 4. Ad Hebr. 13. Tertiò, mercedem promissam. Exo. 20. ad Ephe. 6. & alibi; Vt benè sit tibi, & sis longæuus super terram. adde quod obedientes maxima pace, & quiete fruuntur. Quartò, exemplo Christi Domini, de quo Luc. 2. ad Phil. 2. & 5. item exẽplo Sanctorum. Quintò, ex animaduersione Dei contra inobedientes

tes iuuari etiam poterunt. De qua Genes. 9.26.27. Item 1. Reg. 4. & 2. Reg. 18. Num. 12. & 16. Eccl. 13. Plura de obedientia lege apud Chrys. ho. 10. in epist. 1. ad Thessal. & alibi Greg. 31. moral. c. 10. Cassia. lib. 12. inst. cap. 32. De pietate denique erga parentes Basil. hom. 8. in examer. lege Bonau. in biblia pauperum c. 62. tom. 2. Opusc. & tom. 3. de decem præceptis. Anton. par. 4. tit. 5. c. 9. §. 1. & 2.

De remedijs contra detractionem, & alia peccata linguæ.
Cap. VI.

COgitet primùm, detractor, an velit sibi sic detrahi, vt detrahit ipse alijs, famam, & existimationem eorum lædendo, & statuat Tobiæ monita sequi, qui ait, Quod ab alio oderis tibi fieri, uide ne tu aliquãdo alteri facias, & item D. Petri epist. 1. c. 2. qui omnes detractiones prohibet. Secundò, quod nulla ex de-

Tob. 4.

detractione vtilitas, sed potius incommoda multa sequuntur; nam præter culpam, & reatum pœnæ, quem incurrit, tenetur etiam restituere famam detractor, eiusque fautores; & item sibi acquirit nomen calumniatoris; facit etiam audientem peiorem, & eum, cui detrahit inimicum; lædit etiam Ecclesiam, quia crescente infamia, deluditur gens Christiana, & sic Dei nomen blasphematur. Denique de his omnibus reddet ipse Domino rationē; celare ergo potius oportet peccata proxima, nisi vrgeat necessitas, vel vtilitas, ne blasphemetur Deus, & ne fratres fiant segniores. Chrys. hom. 29. in Gen. Plura etiam apud eundem in hanc sententiam, leges hom. 30. & 31. ad pop. hom. 1. in epist. ad Heb. & 43. in Matth. Hinc aspidi, & serpenti comparatur; nam Eccle. 10. Si mordeat, inquit, serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit, & psal. 13. Venenum aspidum sub labijs

Sap. 1. Tol l. 5. c. 68 & seq.

Rom. 2.

bijs eorum , quia scilicet morsus verbi, animum inficit, vt Orig. lib. 3. in epist. ad Rom. Chrys. hom. 79. ad pop. in fin. Adde quod D. Bern. dicit esse similem viperæ; detractor enim vno flatu tres inficit, nempè se ipsum, & illum de quo loquitur, & audientem, propter scandalum; eademque de causa assimilatur gladio acuto; propterea quod tres vno ictu confodiat; meritò igitur, *Psal. 5.* Sepulchrum patẽs est guttur eorũ; nam vt Orig. exponit, verbum diaboli, quasi de sepulchro exit, dum ex ore detractoris egreditur; dicitur autem patens, propter impudẽtiam. Adde quod moritur, vt apis, cum mordet verbis suis, Chrys. ho. 10. in epist. 1. ad Thessal. & serm. 8. in epist. ad Rom. cum murmuras, inquit, cœnum emittis ab ore, quo fratrem maculas; iaculum, quo tuã ipsius carnẽ feris, & si conuitio cõuitium tollis, fratrem cadentem sequeris, & ruis; cum tamen manum porrigere debeas, vt illum liberes;

præterea ibidem ſic ait, vulnerauit illum furor, noli tu quoque eum vulnerare; & ſerm. 12. ibidem, & pſalm. 49. detractionem contra te audiens, lauda detractorem, & ſic vindictam ſumes, & recuperabis honorem; & hom. 14. ad Epheſ. qui fratrem offendit, contriſtat Spiritũ ſanctum, & Deum ſpernit, non hominem; vt docet Apoſtolus 1. ad Theſſ. 4. & ad Epheſ. 4. Item turpe, & contumelioſum verbum proferens in fratrem, patrem eius Deum offendit, & ſeipſum; nam, os dignũ factum Dei laude, & cibo cæli, turpatur turpiloquio, & quaſi vas mẽſæ regiæ, luto fœdatur; remedium eſt precatio, cum pœnitentia: ſimile ſuper pſ. 140. & ho. 6. in 2. ad Cor. Neque verò præteribo, quæ idẽ pater ſcribit ſuper pſ. 49. in fi. vbi ait, detractor eſt, vt ſcarabæus qui lutũ & fœtorẽ fert, eoque nutritur, & vt hirũdo ſugit ſanguinẽ fratris; eſto igitur tu potius, vt apis, q̃ colligit ex ſpinis flores, &c. & ſic inimicum

laudās, te excusabis melius. Hæc ex Chryſ. Hinc illud Menandri dictum, infœlix ſis potius, quam maledicus, quod verum eſt, modò ne ſis alijs peccatis ſauciatus; nihil enim intereſt vtrum hoc, an alio vulnere
Sap. 1. intereas. Quare audias conſilium Sapientis, qui ait, Cuſtodite vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguę quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit, os autem, quod mentitur occidit animam. Hinc Num. 12. punitur lepra, item plectuntur morte 14700. Num. 14. vt alios omittã. Lege Greg. lib. 7. moral. cap. 17. & hom. 9. in Ezech. Chryſ. hom. 3. ad popul. Bonau. Opuſc. biblia pauperum c. 71. Anton. par. 2. tit. 8. c. 4.
Matth. 7. Conſideret ergo quiſque ſua ipſius vitia, & primum auferat trabem de oculo ſuo, deinde eijciet feſtucam de oculo fratris ſui.

2 Suſurrones item moneat, vt per pœnitentiam reſipiſcant, ne à Deo maledicti citius areſcant, quã

ficus

ficus Euangelica, nam susurro, bi- *Matt. 21.*
linguis maledictus; propterea q. *Eccle. 28.*
Domini præceptum transgreditur.
Leu. 19. Non erit criminator, nec su
surro in populo, & Prou. 6. detesta-
tur eum qui seminat inter fratres
discordias. Ad hæc sciant se ratio-
nem Deo reddituros omnium iur-
giorum, & malorum, quæ inde na-
scentur, quoniam vt ait Sapiens
Prou. 26. Susurrone subtracto iur-
gia conquiescunt. Lege Greg. past.
par 3. adm. 23 24. Cassian. colla. 11.
c. 9. & colla. 19. cap. 14. Anton. loc.
cit. c. 5.

3 Eos verò qui proximum deri-
dent, vel subsannant, idest verbo,
vel gestu deludunt, doceat, id esse
contra charitatem, propterea con-
queritur Iob c. 24. Deridetur iusti
simplicitas. Verumtamen hi delu-
dentur à Deo, nam ipse deludet il- *Prou. 3.*
lusores, & mansuetis dabit gratiã.

4 Ex his sequitur, multo seuerius
agendum esse cum ijs, qui contume
lia afficiunt fratrem, nam Prou. 20.

omnes ſtulti miſcentur contumelijs & Dominus Matth. 5. Qui dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis; & Apoſtolus ad Rom. 1. etiam docet huiuſmodi homines eſſe dignos morte; Adiungo item, quòd præter culpam, & reatum pœnæ, contrahunt etiam obligationẽ reſtitutionis. lege Gregor. 21. Moral. cap. 4. Chryſ. hom. 14. in epiſt. ad Epheſ.

5. Ij denique qui proximo maledicunt, audiant Apoſtolum ad Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere, nam Deus eſt linguæ eorum auditor. Sap. 1. lege Anton. par. 2. tit. 7. cap. 5. Ad omnia autem hæc linguæ peccata vitanda, optimum remedium eſt, linguam compeſcere, quod quomodo fieri poſſit, ac debeat, deinceps exponam.

De

De necessitate, ac ratione frænandæ linguam, deque utilitate silentij.
Cap. VII.

LInguã esse homini maximè cõtinẽdã, rationisque fręno perpetuò frænandã, nemo est sanę mẽtis, qui neget; id enim etiam antiqui Philosophi cognouerunt, in quibus vix aliqua virtutis species inerat; hinc Pythagoras per quinquẽnium discipulis loqui prohibebat, vt loqui discerẽt, de quo Amb. lib. 1. Officiorũ c. 10. & Seneca, auribus frequẽtius vtendũ esse dicebat, quã lingua; quòd qui nescit tacere, nesciat loqui. Bias itẽ dicebat, citò loqui esse insaniæ indiciũ. Verum quid riuulos consector, cũ fontẽ veritatis à Deo habeamus? Audi igitur. Sapiẽtẽ, qui ait Eccl. 28. Verbis tuis facito staterã, & frænos orituo rectos, & atẽtde, ne fortè labaris in lingua tua; & c. 4. In multis sermonibus inuenitur stultitia, & Pro. 25.

sicut

ſicut vrbs patens abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. Denique (vt alia omittam) Iaco. 3. Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: propterea D. Ambroſ. lib. 1. officiorum cap. 10. Primum, inquit officium eſt, linguæ moderatio, idemque alij Sãcti patres docuere.

2 Eo autem diligentius id curandum, quo difficilius eſſe experimur, nam Eccle. 19. ait Sapiens, Sagitta infixa fœmori carnis, ſic verbum in corde ſtulti, & cap. 14. Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo, item cap. 19. Quis eſt, qui non delinquat in lingua ſua, & Dauid in pſal. 140. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis ſimiliter Eccle. 26. ſuadet Sapiens, Ori tuo facito oſtium, & ſeram, & verbis tuis iugum, & ſtateram: nec immerito, nam vt ait, D. Iacob. c. 3. Si quis non offendit verbo, hic perfectus eſt vir, potens etiã fræno circum-

cumducere totum corpus; & item asserit, Feras domari ab homine, linguam autem nullum hominum domare posse; quod exponẽs August. lib. de natura, & gratia contra Pelagian. & serm. 4. de verbis Domini, sic ait, conetur ergo anima domare linguã; & dum conatur poscat auxilium, & oret lingua, vt dometur lingua, ne occidat animam; Domini enim solius est moderare linguã, Hinc etiam Bernardus de triplici custodia, tenerum inquit, membrum lingua, attamen vix teneri potest; item ait, est substantia paruum, sed vsu magnum, & validum; quapropter Ambr. lib. 1. officiorum, tacere inquit nosse, quam loqui difficilius est. Sap. 1. Prou. 16.

3 Quod nisi frænetur lingua est causa multorum malorum, vt patet experientia, & scriptura testatur, & sapientes docent. Hinc Prouer. 10. In multiloquio non deest peccatum, & c. 12. Propter peccata labiorum ruina proximat malo, & c. 17.

Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum; quia vt inquit ibidem Hiero. qui linguam non refrænat, concordiā dissipat. Item cap. 18. Mors, & vita in manibus linguæ; & cap. 13. & 21. Qui custodit os suum, & linguam suam, custodit ab angustijs animam suam. & denique cap. 26. Os lubricum operatur ruinas. Item, Qui imponit iusto silentium, iras mitigat. præterea Eccl. 9. Terribilis est in ciuitate homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis, & cap. 20. Lapsus falsæ linguæ, quasi, qui in pauimento cadēs, sic casus malorum festinanter venient, & ca. 23. Indisciplinatæ loquelæ os tuum non assuescat, est enim in illa verbum peccati, & c. 28. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi, qui interierunt per linguam suam; idest, maiora sunt vulnera linguæ, quam gladij, vt August. serm. 45. ad fratres in eremo. Hinc psal. 56. Lingua eorum gladius acutus & ps. 143. de gladio

ma-

maligno eripe me ; hoc est quo homines loquuntur vanitatem ; est.n. etiam gladius benignus, quo Deus loquitur veritatem, quem Christus venit mittere in terram, hæc Aug. in ps. dictũ. Item Iacob 3. Et lingua ignis est vniuersitas iniquitatis ; & denique Apostolus. 1. Cor. 15. ait, Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Ad hæc Basil. hom. 9. in psal. 33. vita, inquit, nostra referta est linguæ delictis, & Orig. lib. 3. in Iob, lingua seu sermo est causa multorũ pecccatorũ; & Chrys. ho 4 variarũ linguam dicit esse Instrumentũ diaboli, & peccati; & propterea custodiendam intra duos muros; idest intra dentes, & labia, &c. & subdit, si ergo tot sancti conqueruntur ; timent, orant, linguam custodiunt, & cõtinẽt, quid nos agere oportet? & Aug. ser. 45. ad fratres in eremo, Isaias nõ potest prophetare, qđ habeat immunda labia, &c. purgãtur aũt per ignis vstionẽ, vt notat Orig. hom. 4. in Isai. cap. 6. Postremò Me- *Matt. 10.*

nander,

nander, lingua, inquit, multorum est causa malorum. Lege Greg. past. par. 3. adm. 15. Vgonem lib. 2. de anima.

4 Linguæ custodia apprimè necessaria est ad obseruandum legem Dei, & ad virtutes omnes comparandas. Hinc Dauid psal. 38. Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. quia scilicet hæc est causa multorum peccatorum, vt ibidem Orig. propterea D. Ambros. lib. 1. officiorum cap. 20. si audias, inquit, custodies vias tuas, & ex verbis tuis iustificaberis. Hinc Deut. 6. Audi, & nõ delinques

Matt. 12. in lingua tua, &c. propterea etiam laudatur sponsa Cant. 4. Vitta coccinea labia tua sponsa. nam verba otiosa cauebat; vt notat Bern. tract. de pasione Domini cap. 31. Item Iacob. 1. Si quis autem putat se religiosum esse non refrenans linguã suam, &c. huius vana est religio, & cap. 3. Si quis uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Ad hæc

Ba-

Basil. hom. 9. in psal. 33. lingua inquit est lena, & scutum peccati; & Cassian. ait facilius culpa refugitur tacendo, quam loquendo; quia in multiloquio non deest peccatum. Prou. 10.

5. Confert ad beatitudinem, etiã huius uitæ, nam psal. 33. dicit Dauid; Quis est homo, qui uult uitã, diligit dies uidere bonos? Coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, item Eccles. 14. Beatus uir, qui non est lapsus uerbo, & Iacc. 3. H c beatus in suo facto erit; propterea Hieron. epist. 14. ad Celentiam, ecce inquir, quod in frænatione linguæ beatitudo ponitur, & in psalm. 38. beatum hominem oris custodia facit. Adde quod, Qui custodit os suũ, custodit animã suam; & item, Sapiens in uerbis se ipsum amabilem facit, & Isai 30. In silentio, & spe erit fortitudo tua; præterea quoniam bona hominis existimatio pendet ex uerbis, hinc Prou. 17.

Prou. 13.
Eccles. 20.

17. Stultus quoq. si tacuerit sapiẽs reputabitur; & Eccl. 10. Stultus verba multiplicat, & cap. 20. Est odibilis, qui procax est in loquendo & item Hier. in epist. ad Principiam, cognoscitur ex verbis cogitatio, nã Ex abundantia cordis os loquitur; idem August. serm. 3. ad fratres in eremo. Arist. denique 4. Ethicorum qualis inquit, quisque est, talia dicit.

6 Restat postremò, vt dicamus de silẽtio, ac de linguæ moderatione; ne quis fortè, quæ hactenus contra vitia linguæ dicta sunt, ita intelligenda esse putet, quasi semper sit tacẽdum; nam etiam in silentio, si nimium sit, vitium inesse potest, vt docet D. Ambros. lib. 1. Officiorum cap. 3. cum ait, ideo non silentium
Psal. 140. perpetuum, sed custodiam oris Dauid indixit, & ostium labijs petijt; idemque suadet Sapiens, cũ facere
Eccles. 28. ori ostium iubet; nimirum, vt claudatur, & aperiatur cũ oportet, statera aũt est humilitas; libra, iustitię exa-

examina, vt veritas in verbis, grauitas in sensu, idem August. in psal. 140. & Greg. 7. Moral. cap. 17. Origen. in psalm. 38. Chrys. hom. 4. varia. Adhæc Ambros. in psal. 1. 8. Sedet solitarius, & tacens, leuabit se supra se; nempè, vt prius loqui discat, quàm loquatur. Hinc Eccles. 11. In medio seniorum ne adijcias loqui, & cap. 32. Audi tacens simul, & quærens; quapropter Isaias non clamat, antequam discat, quid debeat clamare, præterea Gregor. 30. Mor. Ille inquit, scit rectè dicere, q ordinatè nouit tacere Bias. hinc ait, pulchrũ est taciturnitas; & Menãder, multis, inquit, responsum, silentium est. item linguæ maximè, vbique conare imperare, Sed omittamus Philosophos; audi August. qui super psal. 16. [Vt non loquatur os meum opera hominum] ait, idest non aliud, quam quod pertinet ad gloriam, & laudem ipsius. & super psal. 38 [Posui ori meo custodiã] statuit inquit, tacere ne pœnitere,

Thren. 3.

ret, nam vt ait ille, Nunquā tacuisse nocet, nocet esse locutum, item in psal. 139. vir linguosus non dirigetur in terra, quia scilicet inquit August. non attendit quid loquitur, sit ergo tardus ad loquendum, & delectetur audire; & loquatur solum cum necessitas, & charitas cogit, &c. Item in tract. de conflictu vitiorum ait, cum in multiloquio non desit peccatum, quia saltem otiosa miscentur, tenendus est modus in loquendo, & ab ipsis etiam vtilibus uerbis parcendum est non nunquam, iuxta psalm. 38. humiliatus sum, & silui à bonis. Hæc August. lege etiam serm. 3. eiusdem ad fratres in eremo. simillimè Gregor. lib. 5. Moral. cap. 11. quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit; & lib. 7. cap. 17. in vētum inquit verba proferrè, est otiosa dicere, nam dum otiosa verba cauere negligimus ad noxia peruenimus; simile Isidor. Item in libr. 3. Mor. cap. 4. [vas, quod non habet oper-

operculum, nec ligaturam desuper immundum erit dicit Grego. quasi *Num. 19.* vas sine operculo, & ligatura polluetur, qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis, operitur. Idem in psal. 50. [Domine labia mea aperies,] hactenus inquit, ego aperui, &c. ideò ex vaniloquio peccatum contraxi; nunc opto, vt tu aperias, &c. & paulò post; illius labia Deus aperit, qui non solùm, quod loquitur, sed etiam qualiter, & vbi, & cui loquatur attendit, idem Ambro. Vnde Isai. 50. [Dominus mihi dedit linguam eruditam,] Eccl. 20 [Vir sapiens tacebit usque ad tempus.] Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitiæ, & quià non valemus, dicamus, Domine labia mea aperies, similia Orig. hom. 3. in Ex. ait enim beati sunt, quorum Deus os, aperit, vt loquantur; ut Moysi Exod. 3. & Dauid dilata os tuum, & *Psal. 80.* implebo illud; & Paul. ad Ephes. 3. vt detur mihi sermo in adapertione

oris, eorum ergo, qui verba Dei loquuntur os, Deus aperit; Vereor tamen, ne sint aliqui quorum e contrario, os, diabolus aperiat; & infra, aperit ergo Deus, & os, & aures, & oculos, vt vel loquamur,
4. Reg 4. vel cernamus, vel audiamus, quæ
Isai 50. Dei sunt, &c. Item hom. 5. super ps.
Gen. 21. 36. Os iusti meditabitur sapientiã, & Prou. 31. Aperi os tuum Verbo Dei, & Deut. 6. (Loqueris hæc sedens in domo tua, & pergens in via, & iacens, & surgens) reuera enim nec debet procedere aliud de ore iusti, nisi Sapientia; si igitur Christum semper loquamini, &c. digne os vestrum meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium; cum scilicet prudenter loquitur, non ex passione, &c. vel certè loquetur iudicium, cum loquitur de finali iudicio, de pœnis inferni, &c. Hactenus Orig. Similiter D. Hier. ep. ad Principiã, Lingua mea calamus scribæ velociter scri-
Psal. 44. bentis inquit Dauid; Nã debemus

præparare linguam, vt per illã qua
si calamo scribat Spiritus sanctus in
corde, & auribus audientiũ; & item
August. in ps. 34. Lingua mea medi-
tabitur iustitiam tuam, tota die lau
dem tuã; suggero inquit, medium;
quidquid agis, bene age, & laudasti
Deum. Ad hęc Bern. in Speculo mo-
nachorum; antequã proferat ver-
ba, bis ad limã veniant, quã semel
ad linguam; & paulò post; nihil pro
ferat, quod non ædificet, &c. & ne-
mo dubitet cũ eum audierit, quòd
verè sit religiosus. & Chrys. hom.
2. in 2. ad Thessal. quod est inquit,
in naui ventus, hoc animæ sermo;
si enim bonus fuerit ad bonum du
cetur, &c. anima liquescit sermone
bono, vt cera igne: durescit malo:
sit ergo vt monet Sapiens, Omnis *Eccl 9.*
narratio tua in præceptis altissimi;
item vt idem Chrys. ho. 17. ad Eph.
sermo iocosus animam relaxat, &
debilitat; bonus verò immutat, &
cõtrahit. Hinc Petri 4. Si quis loqui
tur quasi sermones Dei; & ad Eph. 4. *Iob 27.*

Omnis sermo malus de ore vestro non procedat. Item ad Colośs. 4. Sermo vester sit sale conditus, &c. Prou. 4. ait sapiens, Remoue à te os prauum, & capit. 10. Vena vitæ os iusti, & cap. 12. De fructu oris tui unusquisque replebitur bonis. lege Bern. lib. 2. de consideratione ad Eugeniũ, cuius verba retulimus tract. 2. cap. 3. in fin. Hinc Chrys. hom. 2. in Matth. lingua inquit, data ad laudandum Deum, & tamen pensa ex verbis diurnis, quod fuerint spiritualia, immò quot non vana. Item hom. 9. in Acta. psitacus nobilitatur, quia loquitur hominis lingua; sic nos si loquamur sicut Apostoli, sicut Angeli, &c. Orig. hom. 4. in cap. 6. Isai. tetigit os meum, ait si nihil eorum, quæ interdicta sunt loquor, possum dicere tetigit os meũ, item Ambros. 1. officiorum cap. 4. & super psal. 90. [& à verbo aspero] cùm quis male loquitur, dæmõ excipit, & suo gladio vulnerat, laqueũ stringit; cũ ergo sentis illum adesse,

tunc tanto magis custodi os. lege Bonau. in biblia pauperum cap. 96. Anton. par. 3. tit. 16. cap. 8. §. 7. Climac. grad. 11. Sed de his hactenus, nam pluribus fortasse quam oportet de lingua eloquutus, & de sermone sermonem protraxisse alicui videbor; At mihi tamen videor pauca dixisse, ad ea quæ materia hæc tam latè patens, requirebat; cũ nullum sit hominum genus, nulla fermè ætas (prima infantia excepta) nulla familia, quæ huiusmodi institutionibus nõ indigeat; omnes enim lingua labimur, omnes verbo offendimus; & tamen cum linguæ peccata non præseferant tantã turpitudinem quantam pleraque alia flagitia, putant homines in hoc genere licere sibi grauiter esse impudentes. Assiduis ergo, & accensis spiritu precibus, auxilium imploremus illius, cuius vnius est moderari linguam, vt ignito calculo labia nostra, sicut olim Isaiæ purifica re dignetur, quo deinceps os nostrũ

meditetur sapientiam, & lingua nostra loquatur iudicium.

De remedijs contra Superbiam, & vanam gloriam. Cap. VIII.

AD Superbiam deprimendam, in primis iuuabit, vt assiduè superbus meditetur, quàm sit vilis corpore, & animo; & quod de minimis extollitur, cum multos habeat superiores.

2 Quòd quidquid habet boni, à Deo est, Quid ergo gloriatur quasi non acceperit? reliqua autem vana, & transitoria sunt, vel imperfecta; Omnes enim iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ.

1. Cor. 4.
Isai. 64.

3 Per superbiam, hominem reddi contemptibilem hominibus, & Deo odibilem; nam, Deus superbis resistit; Iaco 4. Cassian. lib. 12. ca. 7. eosque punit; vt clarè patet in Lucifero; Isai. 14. in Saule 1. Reg. 15. Roboam 2. Reg. 12. Nabuchdon. Dan. 4. Aman, Esther. 7. Antiocho. 2. Machab.

chab. 9. & alijs multis. Item illos maledicit 2. Reg. 1. &c.

4 Cogitet, priuari superbum bonis spiritualibus, immò fieri ad illa ineptum; quia, Initium omnis peccati, est superbia: & propterea dicitur regina, & mater vitiorum à Greg. lib. 31. Moral. cap. 17. & omnibus virtutibus contraria, lib. 34. Moral. cap. 18. Hinc Augustinus li. 11. de Gen. ad lit. cap. 14. ait, ex superbia oriri hæreses. lege D. Thom. 2. 2. quæst. 162. art. 8. Hinc præterea fit, vt superbia sit signum reprobationis, vt Greg. c. 18. iam notato. *Eccl. 10.*

5 Nihil boni per illam lucrari: quorsum enim se quis magnum ducit, & vult ab alijs magni fieri, si propterea contemnitur, sicque suo frustratur desiderio? nam, Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliauerit exaltabitur. Adde quod, Non qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, vt docet Apost. 2. Co. 10. *Matt. 23.*

6 Exemplum Christi, & sanctorum;

rum; nam, Dominus humiliauit semetipsum ad Phil. 2. nosque ad idē monet; Matth. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde Greg. lib. 34. Moral. cap. 18. Basil. hom. de humil.

7 Exerceat actus humilitatis, idest, visitet infirmos, seruiat hospitali, versetur libenter cum pauperibus, oret prostratus, vel saltem genibus flexis, osculetur terram, seipsum conuitietur, vt solebat S. Franciscus; in conuersatione, victu, uestitu, & reliqua supellectili modestiam præseferat; eademque ferè iniūgi possunt in pœnitentiam à confessario. Lege Chrys. hom. 3. in Acta hom. 66. in Matth. Item ho. 38. 39. 43. 44. 73. ad pop. hom. 17. in epist. ad Rom. & hom. 1. in epist. ad Titum. Greg. lib. 34. Moral. cap. vl. & Past. par. 3. adm. 36. & Cassian. li. 12. instit. cap. 11.

8 Contra vanam gloriam præter ea quæ iam dixi, cogitet quàm sit vana, tantus etenim quisque est, quan-

quantus à Deo habetur; vanus autem deserto secreto conscientiæ, foris vult videri, quod non est; vt Augustinus lib. 2. de Genes. contra Manich. capit. 5. Item in externis imitatur virtutes; vt idem tract. 8. in ep. primam Io. Vnde oritur deceptio, nam opera nostra non sunt talia coram Deo, qualia videntur hominibus, vt Greg. libr. 5. Moral. capit. 8.

9 Sedulò secum reputet, quàm sit hominibus ludibrio, fructumq. bonorum operum perdat; nam receperunt mercedem suam; cum verò *Matth. 6.* parua est vanitas, offuscat splendorem virtutis, propterea dicitur expoliatrix bonorum operum, & iucundus hostis, à Basil. cap. 10. constet. monast. nam facit nos operarios iniquitatis; vt idem Basil. in reg. breu. capit. 282. Item impedit, ne Deus influat in animã dona sua; Iacob. 5. quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis? Adde quod est causa tepidita-

tis; vt Greg.lib.29. Mor. cap.15. & Chryſ.lib.de ſacerd.

10 Quod ſtatus noſter in hac vita, eſt contemptus, & laboris, non gloriæ, vt Bernar. ſerm.3.paruo.

11 Dum ſectatur hominum laudem, inſtar puerorũ, relinquit laudem Dei, & Sanctorum; Chryſoſt. hom.17. ad Rom. & hom. 4. & 59. in Matth.

12 Nunquam ſe laudet, vt Prou. 27. Laudet te os alienum, & non os tuum; immò conetur abſcondere ea, quæ in ſeipſo digna ſunt laude; & oblatam laudem, Deo ſtatim offerat, qui omnium bonorum auctor eſt; vt pſalm.113. Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo da gloriam; immò doleat cum laudatur, vt Greg. lib. 26. Moral.cap.23. Item exemplo Auguſt. vt patet lib. 10. confeſſionum c.37. vbi etiam dicit oportere delectari magis ipſa veritate, quam laudibus.

13 Fugiat adulatores, quia ſunt ſicut locuſtæ; vt Greg.li. 31. Mor.c.

12. Item quoniã est periculosa tẽtatio; vt Augu. lib. 10. confessionum c. 37. citato. Declinet item alias occasiones, vt Chrys. ho. 35. in 1. ad Cor. ferat insuper, vt oportet iniurias pro Christo, vt Chrys. ho. 23. in Ge. lege plura apud eundem hom. 2. ad Tit. ho. 24. in epist. 2. ad Cor. ho 38. & 39. ad pop. Greg. lib. 24. Mor. ca. 13. & Past. 3. par. adm. 18. & adm. 26. & 36. lege Bouau. in Pharet. lib. 2. c. 6. & in Centiloquio ca. 15. to. 1. Opusc. & in Pugna spirituali. to 3. Anton. par. 2. ti. 3. c. 1. & 2. Ephr. to. 1. c. 93. Clim grad. 22. Macar. hom. 15. Doroth. serm. 4. Hæc de remedijs superbiæ.

De remedijs contra confidentiam sui ipsius. Cap. IX.

AD extirpandam ab anima cõfidentiam qua scilicet homo nimium suis viribus confidit: iuuat primum considerare illam nasci ex superbia, qua plus quam decet

sibi

ſibi attribuit: vt Greg. lib. 21. Moral. cap. 2. & propterea eſſe impedimentum omnium virtutum. Hinc Prou. 10. Qui confidit in cogitationibus ſuis impiè agit. Item ca. 28. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt. & Hier. c. 17. Maledictus homo, qui confidit in homine: & item Eccleſ. 6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus; ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiã, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat. Adde quod eſt indicium reprobationis; vt Greg. lib. 24. Moral. Plura de ea lege apud Chryſ. hom. 5 & 7. ad Philip. & hom. 3. de verbis Iſai. Greg. lib. 23. Moral. c. 4. 9. & 19. & lib. 26. cap. 1. 25. & 28.

2 Quod Deus, cum ſuperbis reſiſtat, permittit homines huiuſmodi ſibi confidentes, labi in multa peccata, ad eorum ſuperbiam deprimendam; vt caſus Petri Apoſtoli probat, qui cum ſibi multum confideret, Chriſtum negauit; Matth. ca. 26. & Chryſ. homil. 23. in Matth.

Theo-

Theoph. super Mar. 14. Confirmatur exemplo eorum, qui in sua fortitudine, vel exercitu confidentes perierunt; vt liquido patet in Goliath. 2. Reg. 17. in Holopherne Iudith. 2. in Nabuchdonosor Dan. 2. in Asa; 2. Paral. 16. In filijs Israel qui in fortitudine, & numero confidebant Iud. 20. In Amasia. 2. Paral. 25. & alijs multis; idemque in spiritua li pugna accidere asserit Basil. inst. de vita perfecta; Cassian. lib. 4. instit. cap. 6. Chrys. hom. 31. in epist. ad Hebr. D. Thom. 1. 2. quæst. 162. artic. 6.

3 Proderit meditari, eos etiã spo liari suo fructu, qui suis ieiunijs, meditationibus, eleemosynis, alijsque operibus nimis confidunt; vt probat Basil. const. Monast. cap. 16. Cassian. inst. lib. 12. cap. 13. & 15. Sic enim multi ceciderunt: vt Ambros. epist. 84. & constat etiam Eccles. 6. Prou. cap. 16. & 29. & item exemplis ex humanis desumptis lib. 2. Paral. 23. & Isai. 22.

4 Statuendum omninò est, vt nobis diffidamus, omnia bona esse à Deo: omnia enim in nobis ipse operatur. Isai. 26. August. libr. de Gen. ad lit. & præsertim opera gratiæ, seu spiritualia Io. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, ita, & vos nisi in me manseritis. & 2. Cor. 3. Sufficientia nostra ex Deo est. Itē Ose. 13. Auxilium autem tuum ex me. August. soliloq. cap. 15. & super Psal. 31. Greg. hom. 12. in Euan. Basil. in regul. Propterea confidentes in Deo vincunt hostes, vt liquet ex 1. Paral. cap. 5. & 2. Machab. ca. 15. Hinc Apostolus ad Phylip. 4. Omnia inquit possum in eo, qui me confortat. Item ad Rom. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? & alibi, 1. Cor. 15. Dedit nobis victoriam per Iesum Christum: Atque ipse Dominus, Io. 15. ait, Cōfidite ego vici mundum. Adde quod diffidentibus sibi conceditur fiducia; vt Cassia. colla 5. c. 4. & 14. Ricard. in Cant. cap. 21. huic

Da-

Dauid pſalm. 17. In Deo meo tranſgrediar murum; & Auguſt. lib. 10. confeſſionum c. 37. Da quod iubes & iube, quod vis. Vnum ergo eſt firmamentum vitæ ſpiritualis Chriſtus, qui eſt firma petra, Luc. 6. & qui ſine eo ædificat corruit 1. Cor. c. 3. & 10. hinc ſequitur imperfectas fuiſſe infidelium virtutes, quæ hac diffidẽtia caruerũt, vt Aug. lib. 5. de ciuitate cap. 12. lactant. lib. 3. inſtit. c. 15. Bern. ſerm. 6. in Cant. Chryſ. hom. 13. in Matth.

5 Optimum medium eſt oratio aſſidua, & deuota; Matth. 7. Petite, & accipietis, lege Chryſ. lib. 1. de orando Deo.

6 Remedium eſt agnoſcere, ac perpendere propriam imbecillitatem; vt Dauid pſal. 38. exemplo eſt, cum ait, Subſtantia mea tanquam nihilũ ante te, & Apoſtolus 2. Cor. cap. 3. Non ſumus inquit, ſufficientes, cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, &c & 1. Cor. 15. non ego, ſed gratia Dei mecũ. Caſ. li. 12. inſt.

cap. 13. & collat. 14. cap. 6. & 7. August. soliloq. cap. 15. quisque enim in se expertus est, cum sibi confidit cecidisse, & sæpè absque sua industria fuisse diuino lumine illustratū; & item adhibita multa diligentia, & præparatione interdum aridum remansisse; vt intelligamus, non esse volentis, neque currentis, sed miserentis Dei; qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam; diuidēs singulis, prout vult. Adde quòd vt est pijssimus, pater, qui flagellat omnem filium quem recipit, sæpè consolationem diuinam differt, vel vt probet, vel vt corrigat, vel vt instruat, vel vt vberiorem infundat. Verùm de sui ipsius diffidentia, lege Franciscum Arias.

Rom. 9. *Iacob. 4.* *1. Cor. 12.* *Ad Hebr. 12.*

De remedijs contra Auaritiam. *Cap. X.*

CMonetur confessarius ex animo pœnitentis auaritiæ radices euellere; quapropter moneat, vt

euitet in primis consuetudinem auarorum, & versetur cum liberalibus, ne sit lentus in eleemosynam; quia, Beatius est dare, quàm accipere, & sic Domino fœnerari; atque contentum esse paucis; Greg. li. 15. Moral. c. 13. & past. par. 3. adm. 21. *Act. 20.* *Prou. 19.*

2 Consideret vitæ breuitatem, & mortem imminentem, vt monet Dominus Luc. 12. & exponit Hiero. in epist. ad Paulinam; cum enim diuitiæ animum non satient; sed potius cupiditatem augeant, vix auarus adduci potest, vt cogitet se esse moriturum, & diuitias suas alienis relicturum; sed solũ, vt eas augeat. lege Chrys. hom. 11. ad Rom. hom. 13. & 14. in epist. 1. ad Cor. hom. 2. & 13. in epist. ad Ephes. hom. 23. in Io. hom. 21. in Matth. & hom. 13. in Acta.

3 Cogitet cupiditatem esse radicem omnium malorum; prima ad Tim. 6. Greg. Past. par. 3. adm. 21. hinc enim bella, odia, rixæ, inimicitiæ, inuidiæ, seditiones, aliaq. innu-

mera mala, quæ animum à rebus spiritualibus atque à Deo auertũt, aut retardant; & propterea beati sunt pauperes spiritu, nã, Difficile
Luc. 6. diuites intrabunt in regnum cælo-
Matt. 19. rum; diuitiæ enim sunt spinæ, quòd animum vexent, angant, multosque conscientiæ stimulos adhibeant. Greg. li. 18. moral. cap. 8. Hinc Apostolus prima ad Tim. 6. qui volunt diuites fieri incidunt in tentationẽ, & in laqueum Diaboli, &c. & exponit Greg. lib. 20. moral. cap. 12. & li. 22. cap. 2. propterea Dominus Mat. 6. Quærite, inquit, primum regnũ Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis; item Luc. cap. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; Item Thesaurizate vobis thesauros in cælo; & 1. Petr. 5. Omnẽ solicitudinẽ vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis; quæ copiose exponit Chrys. hom. 69. in Matth. quare si tua non cures plus æquo, Deus curabit; sin minus non tantam tui cu-

ram habebit. Chryſ. ibidem. Cogitet præterea auaritiam eſſe Idolorum ſeruitutẽ, ad Coloſſ. 3. & Aug. 11. de Ciuitate cap. 25. & lib. 4. contra Donatiſtas c. 4. & 5. & denique auarum eſſe inſatiabilem, ſimilem vrſis, & lupis, ac dæmonibus, vt Chryſ. hom. 9. in epiſt. primam ad Cor. & hom. 23. in 2. ad Cor. & propterea mercatores vix Deo placere poſſe putat idem Chryſ. hom. 38. in Matth. in imperfecto.

4 Chriſti Domini, & Sanctorum exempla ponat ante oculos; ille. n. cum eſſet diues, imo Rex cæli, & terræ, pro nobis egenus factus eſt, vt illi⁹ inopia nos diuites eſſemus. 2.Cor.8.
Sancti vero ſuum Ducem, & Dominum imitantes veras diuitias amarunt, terrenas contempſerunt, & Deũ diuites eſſe ſolũ ſtuduerũt. De quibus Apoſtolus 2. Cor. 8. egẽtes, anguſtiati, afflicti; in fame, & ſiti in frigore, & nuditate, &c. Plura de paupertatis laudibus Chryſ. ho. 74. ad pop. ho. 18. & 33. in epi. ad Hebr,

hom. 10. in epist. ad Philip. & ho. 11. in ep. ad Thess. & ho. 13. in Acta.

5 Recolat Auarus se Oeconomũ esse bonorum tẽporalium, non Dominum; vt Chrys. hom. 34. ad popul. Cogitet item huius peccati pœnas, vt Cassian. lib. 7. instit. cap. 14. ex 4. Reg. 5. & Actuum 5. lege Bonau. Opusc. Pharatræ lib. 2. cap. 11. biblia pauperum cap. 72. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 1. & seq.

6 Denique satisfactionis loco imponi potest eleemosyna diuturna, & si parua; vt visitet hospitalia, alijsque bonis operibus incumbat; de quibus alias.

De remedijs contra Luxuriam. *Cap. XI.*

ETsi Luxuria propter solam turpitudinem, ac detrimenta, quæ affert suos sectatores satis deterrere potest, & debet; atque ad ipsam detestandam eos promouere; quia tamen voluptas rationi inimica impedit

pedit consilium, & cæcat animos eorum, propterea tam longè, lateq. progressa est, etiam in Christianos, vt magna hominum pars inflammato animo, ad eam omni impetu, brutorum morè feratur; quapropter remedia tum diuinitus nobis tradita, tum à sapientibus excogitata, diligenter adhibere oportet.

1 Igitur cõfessarius moneat pœnitentem, vt auctorem puritatis cũ fiducia adeat, ab eoque assidue, deuotè, & humiliter donum castitatis postulet, nemo enim potest esse cõtinens nisi Deus dederit; & Dominus, qui castitatis doctrinam è cælo attulit, non omnes, inquit, capiũt verbum hoc, sed quibus datum est, nempè vt eijciat quis omnes corporis voluptates, quo maiores, idest diuinas consequatur, vt ergo id illi detur, patrẽ cęlestem deprecetur, qui cũ sit pater misericordiarũ, non negabit spiritum bonũ petentibus se; cum præsertim solo verbo, vt olim leprosos, immò voluntate, in Sap. 8. Matt. 18. Luc. 11.

momento temporis, omnes munda re possit; aut saltem vires præstabit ad resistendum; nec permittet quẽ quam tentari supra id quod potest. lege Greg. lib.5. in 1. Reg. cap. 14. August. libro 10. confess. cap. 29. Cassian. lib.6. cap.5.

Matth. 8. & Luc. 17. 1. Cor. 10.

2 Adiũgat corporis afflictiones, idest ieiunia, flagellationes, vigilias, & similia; Hoc enim genus dæmoniorum non eijcitur nisi in oratione, & ieiunio; hanc insuper regulã Sancti tradiderunt, & præsertim Greg. in cap. 14. adducto, & lib. 30. moral. c. 13. Cassian. colla. 12. c. 4. & 15. Hieron. ad Eustoch. de custodia Virg. eandẽque ipsi perfecte obseruarũt, atque inter alia multa extat insigne exemplũ sancti Benedicti, apud Greg. lib. 2. Dial. c. 2. figuratur etiã in Helia, qui cum fugeret Ieza bel ieiunauit 3. Reg. 19. neque mirum; sic enim disponitur animus ad diuinã opẽ impetrandã, & itẽ quia ad subtractionem materiæ, minuitur concupiscentiæ ardor; & maxi

Matt. 17.

me si coniũgatur cum eleemosyna; hæc enim misericordiã facilius cõ sequitur; sensus præterea mortificandi, eiusq; appetitiones reprimẽdæ; Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, &c. sic D. Paulus, castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. item ad Roma. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs, &c. lege Cassian. lib. 5. instit. cap. 11. Matt. 5. 1. Cor. 9.

3 Ad libidinis vim opprimendã, maxime valet freques confessionis, & Eucharistiæ visus, est enim frumentum electorũ, & vinum germinãs Virgines. Zachar. 9. lege Chris. ho. 27. in epist. c. ad Cor. gustata. n. suauitate superni spiritus, desipit oĩs caro, vt Bernar. in epist. & Gregor. ho. 4. in Ezech. & lib. 11. moral. 15. & figuratur in fœmore Iacob, quod emarcuit dum luctaretur cũ Deo Gen. 32. vt Gregor. hom. 14. in Ezech. Hinc Apost. ad Galat. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis; atq; hoc ipse spiritu reple-

ritu repletus oĩa arbitratus eſt, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret.

4 Compeſcat amorem immoderatum erga eas præſertim perſonas, quarum affectio ſolet eſſe periculoſa; nam amor ſpiritualis, & eo magis amor naturalis, facilè conuertitur in carnalem; vt experientia conſtat, & S. Bonauent. notauit Opuſc. de purit. conſcientiæ ca. 14.

5 Turpes cogitationes ſtatim repellat, ſunt enim pice viſcoſiores: vt monet Orig. homil. 20. in Num. Greg. lib. 10. Mor. cap. 11. & libr. 14. cap. 10. & lib. 30. cap. 12. Baſil. conſt. Monaſt. cap. 5. Caſſian. lib. 6. inſt. cap. 13. qui dicit quaſi viperas ex animo eſſe repellendas.

6 Occaſiones omnes vitet, vt ſignificat Apoſtolus, cum ait, 1. ad Cor. 6. fugitè fornicationem: &, exponit Auguſt. libr. de honeſtat. mul. Idq. nouit etiam Ariſt. nam 2. Ethic. c. 9. docet, hoc genus tẽtationis fugiendo ſuperari; nempè auertendo cogitationes, oculos, vitãdo con-

consuetudines, colloquia turpia, &c. lege Chrys. hom. 7. in epist. ad Cor. D. Thom. 2.2. quæst. 35. art. 1. ad quartum Nauar. in man. de ora. cap. 19. nu. 6. Hoc autem optimum esse consilium ex eo in primis planum est, quod mors intrat per fenestras Hierem. cap. 9. & exponit Cassia. lib. 6. inst. ca. 2. August. ho. 35. lib. 50. hom. Basil. lib. 4. de vera relig. Maximè autem oculos continere necesse est; quoniam hi sæpè animam auolare faciunt, vt accidit Dauidi 2. Reg. 11. Regi Sichen, & Se- *Cant. 6.*
nibus Susannæ, Daniel. 13. Propte- *Gen. 34.*
rea Iob pepigi inquit, fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine lege ibidem Chry. & Greg. 21. moral. cap. 2. & 6. hinc etiam Thren. 6. oculus meus depredatus est animam meam, & Eccles. 9. auerte faciem tuam à muliere compta, & Matth. 5. si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te, & item ibidem, qui viderit mulierem ad concupiscendum

eam,

eam, iam mœchatus eſt eam in cor
de ſuo. Deinde colloquia turpia ca
uere ſtudeat, quia Corrumpunt bo
1.Cor.15. nos mores; quod ita ſeuere obſerua
bit, vt nunquam de veneris loqua-
tur; niſi neceſſitas ſpiritualis, vel
debitum officij cogat: idque tunc
honeſtis, & paucis verbis fiat; pro-
pterea Apoſtolus ad Epheſ.5. ait,
Fornicatio, aut immunditia nec no
minetur in vobis, ſicut decet San-
ctos; & explicare docet Chryſ. ho.
6. in epiſt. ſecundam Cor. & hom. 4.
de patientia Iob. Alia denique vi-
tia deteſtetur, qui caſtè viuere ſtu-
det, 3. Caſſian. lib.5. inſt. cap. 11. &
lib.6. cap. 2. ſuperbiam præſertim,
nā ſepe propter illā Deus permit-
tit hominem in hæc turpia labi, vt
abijciat. Gregorius lib. 22. moral.
capit. 3. Chryſoſt. homil. 18. & 30.
in epiſt. 1. ad Corin. Caſſian. lib. 6.
inſt. cap. 18. & collat. 4. cap. 15. &
16. D. Thom. 1.2. quæſt. 162. art. 6.
ad 3. & plerique alij. Ad hæc ſit obe
diens, & facie libidini reſiſtet, vt
Aug.

Aug. in psal. 143. Bernar. serm. in festo omnium Sanctorum, cantus item lasciuos, saltationes, ac libros obscenos, quod homines efficiant molliores diligenter caueat: Basil. lib. de vera Virgin. gulam præterea studiose reprimat, quoniam venter saturatus libidinem parit; de qua nos infra cap. 15. & Greg. lib. 30. moral. c. 13. Cassian. colla. 12. c. 15.

7 Otium fugiat, & honestis incumbat exercitationibus, Multam enim malitiã docuit otiositas; hæc insuper fuit ruina Sodomæ. Ezech. 16. mente autem in spiritualia suspensa, atque ibi fixa manente, carnalis concupiscentiæ impetus frãgitur, paulatimque repressus extinguitur, vt August. lib. de decẽ chordis. Hinc Salomon Eccle. 12. Frequens meditatio, afflictio carnis est; simillima tradit Greg. lib. 22. moral. cap. 14. Cassian. lib. 6. inst. c. 1. & 21. Chrys. hom. 7. in 2. ad Cor. Ambr. lib. 3. de Virginibus. *Eccl. 35.*

8 Meditetur vanitatem volupta-

tis;

tis; Eccleſ.11. adoleſcentia, & voluptas vana ſunt;& item quanta ſit huius peccati turpitudo, & pernicies; nam inquit Apoſtolus, omne peccatũ, quodcunque fecerit homo extra corpus eſt, qui autem fornicatur in corpus ſuũ peccat; quia nimirum illud iniurioſe tractat cũ violat eius ſanctitatem, de qua idẽ Apoſtolus prima ad Theſſ. 4. ait, Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione, &c. itẽ ibidem, Deus, inquit, non vocauit nos in immunditiam, ſed in ſanctificationem. & 1. Petr. 2. abſtinere iubemur à carnalibus deſiderijs; deinde quoniam, mẽbra, quæ Chriſti ſunt, facit membra meretricis; vt idem D. Paulus prima ad Cor.6. Ad hæc, quia homo Chriſtianus eſt tẽplum Spiritus ſancti, quod violare, perinde eſt, ac ab eo Spiritum ſanctum expellere; Si quis autem templũ Dei violauerit, diſperdet illum

1. Cor.6.

1. Cor. 3.

Deus;

Deus; meretur ergo supplicium, quod est huic peccato cũ alijs commune; quòd scilicet propter hoc peccatum, homines pelluntur, &c. exterminantur à Regno Dei, quod est omnium malorum vltimum; nã neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores,&c. regnum Dei possidebunt, & ad Ephes. 5. Omnis fornicator, aut immundus non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei; extant ẽt multa exempla animaduersionis in sacris litteris; vt Sodomæ, & aliarũ finitimarum vrbiũ, Israelitarum, qui fornicati sunt cũ filiabus Moab in deserto; Beniamitarum deletio; & Dauid 2. Reg. 11. & Salomonis 3 Reg. 11. & id genus alia, de quibus Origen. homil. 3 in Leu. & homil. 3. in Num. Gregor. lib. 5. Moral. cap. 6. Basil. reg. breu. cap. 9. Chrys. in psalm. 43, qui verò mortẽ effugiũt, intolerabiles tamẽ pœnas, quibus sæpè plectuntur in hoc sæculo non effugiunt; nam mẽ-

1. Cor. 6.

Gen. 19.

Num. 15.

Iudic. 16.

te

te cœci, fiunt inutiles, vt nihil graue committi eis debeat, & ad nullũ officij munus sint idonei; hoc enim
Osea. 4. vitium aufert cor, & sæpe excœcat. Hinc August. lib. 1. soliloq. inquit, esse sentio, quod magis exacte deijciat animam virilem, &c. quare voluptate dominãte, virtutes iacere necesse est; voluptas namque animam subijcit corpori, magis quam alia vitia, propterea quod de suo statu dimouet, & perturbat rationem, & volũtatem propter vehementiam passionis, & maxime corrumpit prudentiam ex quo fit, vt homo retrahatur à perfecta voluntate quærendi Deũ, & fiat ineptus ad spiritualia, & nõ curet cælestia; vt D. Thom. 2. 2. quæst. 153. art. 5. & quæst. 186. art. 4. hinc Hierem. 31. vsquequo delitijs dissolueris? suffocat item semen Verbi Dei. Luc. 8. His adde pericula, ægritudines, infamiam; nam qui adulter est, ait
Prou. 6. Sapiens, propter cordis inopiam perdet animam suam; turpitudinem,

nem, & ignorantiam congregat sibi, & opprobium illius non delebitur.

9 Perpendat Dominum, qui gubernat seruos suos ad vtilitatē illorum, non suā, hoc præcepisse; ne per illecebras, & illicitas voluptates, corruat templū eius, quod esse cæpit; vt August. lib. de decē chordis.

10 Meditetur Dei omnipotentis, & Angelorum præsentiam, ne eis iniuriam turpitudine peccati faciat.

11 Castos Christo Domino, & Beatæ Virgini, ac Angelis ipsis esse similes, & castitatem esse virtutem è cælis ab eodem Saluatore allatam, vt Chrys. hom. 23. ad Ephes. & serm. de continentia Ioseph, vt supra dixi.

12 Præmium denique paratum mundis, in cælo, mente reuoluat; nā torrente voluptatis suæ potabit eos; & Matth. 5. Beati mundo corde Psal. 35.
quoniam ipsi Deū videbunt; & interim in hac vita fruūtur maxima

pace, quæ exsuperat omnẽ sensum, orta ex testimonio conscientiæ, ex pulchritudine virtutis, & ex contẽplatione diuinarum rerũ, alijsque bonis de quibus Chrys. hom. de fide Annæ, & hom. 5. in epist. 1. ad Thess. & denique hom. 1. ad Colossen. lege Bonau. in opusc. pharetra. lib. 2. cap. 13. tom. 1. & pugna spirituali contra 7. vitia. tom. 3. Anto. par. 2. tit. 5. cap. 1. Hæc si non prosunt suspendat confessarius absolutionẽ; & illi, nisi aliud obest, suadeat ducere vxorem; Melius est enim nubere quàm vri. Pro pœnitentia autem iniungat opera quæ corpus macerant, de quibus supra tract. 1. cap. 3. orationes item, eleemosynas, frequentiam sacramentorum pro qualitate personarum.

De remedijs contra curiositatem. Cap. XII.

CVriositas est vitium studiositati oppositum, quod consistit in appe-

appetitu, & ſtudio inordinato circa cognitionem rerum. Quod vt planius fiat; ſtatuo primùm cognitionem veritatis per ſe bonam eſſe, quamuis per accidens poſſit eſſe mala; vel quia propter illam homo ſuperibit, vt Auguſt. docet lib. de moribus Eccleſiæ cap. 1. vel quia abutitur ad malum, quod perperam fieri habetur Hier. 9. Vt iniquè agerent laborauerunt, &c. Secundò ſtatuo, bonum hominis poſitum eſſe in cognitione veri, perfectum tamen bonum in cognitione ſummæ veritatis, vt Ariſt. li. 10. Ethicorum. ex quo ſequitur poſſe vitiũ eſſe in cognitione alicuius veri, quatenus appetitus illius non ritè in cogninem ſummæ veritatis refertur, in qua conſiſtit ſumma fœlicitas. Curioſitas ergo non in ipſa cognitione, ſed in appetitu, & ſtudio inordinatæ cognitionis verſatur, vt dictum eſt; quam iure optimo Propheta in pſal. 118. appellat vanitatẽ, cũ orat, Auerte oculos meos,

O 2 ne

ne videant vanitatem: vt enim duplex est oculus, corporis scilicet, & animæ, qui est intellectus; ita duplex est curiositas, nimirũ sensitiua, & intellectiua; vident autẽ oculi vanitatẽ, cũ hãc consectantur. I. Bonau. in Pharetra li. 3. cap. 7. tom. 2. opusc. & biblia pauperum c. 122. tom 2. Anton. par. 2. tit. 3. cap. 3. 5. 4.

2 Intellectiua aũt curiositas propter inordinatũ appetitũ studij mala est, quatuor ob causas. Primũ cũ propter studiũ minus vtile, retrahitur quis à studio sibi necessario; vt si forte sacerdos studeat comœdijs, &c. Hier. ad Damasum. Secũdò si discat ab eo à quo doceri non licet; nẽpe à dæmone; vt solent superstitiosi, contra quos August. lib. de vera religione, similiter si Catholicus ab hæretico; vel infideli discat cum periculo religionis; &c. Tertiò cũ scientias non refert in debitũ finẽ; scilicet ad cognitionem Dei; vt August. lib. de vera religione cap. 4. in cõsideratione, inquit creaturarum

non

non est vana, & peritura curiositas exercenda; sed gradus ad immortalia, & semper manentia faciendus. Quartò cũ studet cognoscere aliquã veritatẽ supra facultatem sui ingenij, cõtra consilium sapientis, Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris leg. D. Thom. 2. 2. quæst. 167. Anton. 2. par. tit. 3. c. 7. Ambros. & Ansel. &c.

3 Ex his facile intelligitur non interdici Christianis scientias ab ethnicis traditas, vt philosophiã, medicinam, aliasque artes, & facultates, dummodo fidei, seu Catholicæ Ecclesiæ censura corrigantur; & in bonum finem referantur. lege Gratiani totam dist. 57. vbi multa in hanc sententiã ex D. Hier. Ambr. August. Beda, alijsque Patribus adducit; lege item indicem librorum prohibitorum, & præsertim regulam septimam, quæ est de libris obscenis; & regulã nonã, quę est de libris ad superstitiones pertinentibus, eiusque annotationẽ, seu obseruationẽ, in qua prohibetur libri Astro

logiæ Iudiciariæ, & sortilegiorum, & alij, qui in regula numerantur, atque transgredientes subijcit Inquisitoribus, iuxta Constit. Sixti Quinti. De studio autem legum, & physicę, idest medicinæ clericis, & religiosis interdicto. lege c. non magnopere, & cap. super specula, ne Cler. vel Monac. & ibi. doctores, & Summistas, maxime Syluestrum excommunicatio nono §. 22.

4 Artem verò prædicēdi ea quæ pēdent ex libero hominis arbitrio, vel ex diuina prouidētia, vanā esse, & illicitam clara res est; Primùm, quia hoc est proprium Dei Isai. 41. Itē Hier. 10. A signis cæli nolite metuere. Secundò ex sacris canonibus 26. quęst. 2. 3. 4. & 5. item tit. de Sortileg. Item ex Conc. Tolet. 1. & Sixto V. in Constitutione de hac re. Tertiò, ex patribus, Tertul. li. de Idololatria, & in Apolo. c. 35. vbi dicit esse dæmonum inuentum; Orig. in Hierem. Cypr. lib. de singul. clerico

rum

rũ Cyril.Cath.4.Euſeb.li.6.de præpar.Euangel.c.8.Baſil.in Iſai.cap.2. Epiph.li.de ponderibus,& mẽſuris Niceph.li.9.hiſto.c.9.Clemens Romanus li.9. recognitionũ. Ambroſ. li.4. exam.c.4. Hier. vt habetur 26. q.2.c.ſed & illud. Auguſt.li.7. confeſſ. capit.6. & libr.2. de doctrina Chriſtiana c.21. & ſeq.li.3.de gen. ad literam cap.16.& 17.& lib.5.de Ciuitate c.1. vſq. ad 8. & q.45.lib. 83.qq.Leo epiſt.91.Gregor.hom.10. ad Epheſ.D.Thom.in opuſc. contra illam, & denique ex iure Ciuili C. de malef. & Mathem.l.nemo.l.ſi ex cepta l.artem præterea ff.de iniur. & famo.libel.l.item. Omitto præſtantes Philoſophos, qui idem ſentiunt, hos enim Picus Mirand.lib.1 in Aſtrol. cap.1. refert; hactenus de curioſitate intellectiua.

5 Senſitiua verò curioſitas cõſiſtit in appetitu,& ſtudio inordinato cognoſcendi per aliquẽ ſenſum exteriorem, exercetur enim per quatuor ſenſus; cõprehenditur ta-

men sub visu, quia oculi referuntur ad omnia sensibilia, ideoque nomine visus significatur omnis sensatio, omnia enim sensibilia videri dicuntur; vt August. lib. 10. confessionum cap. 35. refertur autem cognitio sensitiua, vel ad corporis sustẽtationem; vel ad cognitionem, practicam scilicet, vel speculatiuã: est autẽ mala duobus modis; Primùm cum nõ refertur in bonũ finem, vel diuertit hominẽ à bono. Secundò cũ refertur ad malũ, vt si quis aspiciat mulierem ad cõcupiscendũ eã; vel aliorum facta, non ad corrigendum, sed ad detrahẽdum: hinc Prouer 24. ne insidieris, vt quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius; & Apostolus in 1. ad Tim. 5. Verbosas, & curiosas uiduas reprehẽdit; figuratur denique Gen. 24. in Dina, quæ curiose egressa uiolatur; ut notat Hugo.

6 Extendit se præterea concupiscentia oculorũ ad spectacula, quæ cum lasciuiã, crudlitatẽ, uel aliud

peccattum continent illicita sunt; ut constat ex 6. Synodo Constantinopol.c.51.Concil. Cartag.3.Can. 11.Et Can. qui die de cons.dist.1.& Can.pro dilectione de cõs.distinct. 2.Can.maritum dist.33.Can. donare, & Can. quæ uenatoribus distin. 86. Deinde ex partibus: Tertul.lib. de spectaculis: ubi refert dæmonẽ, qui in spectaculis obsederat mulierem, & rogatum, cur in eam ingressus esset, respondisse; constanter, & iustissime feci, in meo eam inueni: ex quo intelligitur spectacula esse loca diaboli. Item Cypr.lib. de spectaculis, & li.1.epist.10.& li.2.epist. 2.Clem.Alex.lib.2. pedag.c.6. Ambros.serm.5. in psalm. 118.Basil.in hom.4 exameron.Chrys.ho. de Dauid, & Saule ho.6. & 69.in Matt.& in hom.quod periculosum est adire spectacula, ubi ait tales inspectiones cõstituere mentes adulteras, & inuerecũdas Aug.in psal.119.& lib. 3.confess.c.1.& præsertim, cũ in illis recitant mulieres: propterea idẽ

August.

August. lib. de singul.cleric.ait, earum voces, audire peius esse, quàm sibilum basilisci, quoniam occidũt animam. Adde quod eadem de causa prohibentur docere in templo 1. ad Cor. 2. vt ibi adnot. Anselm. præterea contra spectacula inuehitur Hieron. lib.6. in cap.20. Ezech. Petrus Chrysol. serm.151. D.Thom. 2. 2. quæst.167.art.2. in 4. distinct. 16.quæst.4.art.2. Anton.2.par.tit.3. cap.7. §. 5. & 3. parte tit. 8. cap.4. §. 12. Angel. verb. histrio.quæst.1. Syl. Ludus §. 8. Tab. histrio quæst. 1. Armil. eodem Nauar.cap.16.nu. 14. & cap.19.num.4. hinc sequitur multò magis esse prohibita, & illicita clericis, & religiosis cap. non oportet 2. de conse, dist. 5. & toto ti. de torneam. excusat tamen Anton. §. 5. citato à peccato mortali eos.qui casu leuiter aspicerent, nescientes talia repræsentari. Ex his etiam sequitur multo magis prohiberi duellorum aspectum, ut patet ex Conc.Trid. & Const. Gregorius

XIII. Et Clementis VIII. de duello. Illud tamen adiungo, licitas esse comoedias, tragoedias, aliqua honesta spectacula, quæ videlicet prodesse possunt; vt docet Cypr. li. de spect. in fine. Albertus quem sequitur Anton. d. §. 5. & alij; neque enim auctores iam relati hæc damnant, sed solum obscoena, & crudelia; has tamen comædias non licet audire ab ijs, qui solent, vt plurimum obscoena recitare; tum ratione scandali; tum quod repente, cum minus id cogitant spectatores, ad turpia illi redeunt, à quibus ad tempus, vt plures allicerent, atque ad spectandum traherent, abstinuerunt.

7 Atqui laudabilis omnino curiositas est illa, qua scilicet per creaturas, homo ducitur ad cognitionem, & amorem Creatoris; Inuisibilia enim Dei, vt ait Apostolus, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas. Quare ex magnitudine crea- Rom. 8.

turarũ percipitur immensitas Creatoris, ex perpetuitate æternitas, ex ordine sapientia, ex virtute perfectio, ex pulchritudine, denique pulchritudo Dei, qui dicitur pulcher, sicut vniuersorum consonantiæ, & claritatis causa: vt Dionysius. cap.4. de diuin.nom. & exponit D. Thomas 2.2.quæst.145. art.2.

De remedijs Contra odium, & Inuidiam. Cap. XIII.

AD deponendum odium, iuuat primum cõsiderare Deum esse Vindicem iniuriarum, nam Mihi inquit, vindictam, ego retribuam.
Deut.32. Item non dimitere Deum peccata,
Rom.12. nisi dimittẽti ex corde iniurias fratri? Matth. 6. & Greg.4. Dial. cap. vltim. Secundò sibi ipsi magis nocere. Tertiò cum aliquando tandẽ dimittere oporteat, si velit salutem consequi, melius esse præuenire: tum propter meritum: tum ad vitãdum pericula damnationis, & peccata

cata

cata, tum vt Deo placeat, eumque imitetur, Qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos, & malos, &c. & Chriſtũ Dominũ, qui in cruce orat pro crucifixoribus, & nobis multoties pepercit clementiſſimè, qui illum grauius offendimus. l. Chryſ. hom. 22. ad populum. Quartò, vincat in bono malũ, ideſt benefaciat inimico, & ſic carbones ignis congeret ſuper caput eius; & forte liberabit fratrem à morte. Greg. lib. 21. mor. c. 14. & li. 30. c. 9. Chryſ. hom. 50. in Io. & ſerm. 10. & 11. de virt. & vitijs. Caſſian. colla. 16 cap. 15. & ſeq. Adde quod ſi conuerſus ille ſalutẽ impetret, qui eum odit, ſe fratrem odiſſe comperiet, immò filium Dei, & neſcit; Auguſtin. in pſalm. 54. Quintò deniq; poſt confeſſionem Euchariſtiam, quod eſt ſacramentũ pacis, vt Chryſ. hom. 60. ad pop. lege. Anton. par. 2. tit. 8 cap. 3.

Matth. 5.

Rom. 12.

2 Contra inuidiam primũ remedium eſt, amorem ſuum cõuertere in hæreditatem cæli, vt Gregor. 5. moral.

Moral. cap. 32. & nihil magnum in hac vita æstimare Basil. hom. de inuidia. Secundum, cogitare quam graue peccatum sit, idque ortum ex superbia, contra legem naturæ, & contra charitatem; nam, Sumus vnum corpus in Christo, singuli autem alter alterius membra; Quare uilis nominis est, inuidere: tamen spirituales, etiam homines cõficit. Cassian. colla. 18. cap. 17. & propterea difficilis curationis; ut ibidem Cassian. huc etiam spectat, omnes homines esse eiusdem naturæ, & omnium patrem esse Deum; communia item esse Christi, beneficia, vnamq. omnium hæreditatem; teque propter peccata, esse omnibus minorem, vel saltem debere te, ita existimare. Tertiò meditari, inuidia effici homines similes diabolo, 1. Io. 3. & 4. Chrys. hom. 41. in Matth. immò peiores illo homil. 31. in 1. Cor. Quartò, inuidum sibi nocere, vt ruginem; alijs displicere, & nihil omnino prodesse. hinc Prou.

Ad Ephes. 4.

14. putredo ossium inuidia Basil. hom. de inuidia August. homil. 83. de tempore Chrys. hom. 84. ad popul. & 41. in Matth. Greg. libr. 5. Mor. c. 32. & past. par. 3. adm. 11. Adde quod Basilius assimilat vulturi, & muscæ. quia amœna prætereunt, & tabidis hærent. lege Bonau. Opusc. Pharetra libr. 2. cap. 8. Anton. par. 2. tit. 8. c. 1. §. 5. Quintò prauos eius effectus, qui sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio autem in prosperis. Greg. lib. 31. Moral. ca. 17. D. Thom. 2. 2. quæst. 36. art. 4. propterea Basil. hom. de inuidia; vana inquit est curatio, cum mortiferum virus lateat in medullis; & alia vitia virtutibus contrarijs curantur, at inuidia crescit virtutibus aliorum. Sextò denique iniungat confessarius pœnitentiam inuido, vt signa charitatis ei ostendat, quem odio, & inuidia prosequitur; memor propriæ culpæ, & promissionis Christi, Dimittite, & di- *Matth. 6.*

mit-

mittetur vobis, &c. si autem non dimiseritis hominibus, &c. nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

De remedijs contra iram.
Cap. XIV.

IRacundus quotidie meditetur sibi resistendum esse iracundiæ, cumque ira animum mouet, tum diligentissime linguam contineat, non tamen in contemptum, vel vt fratrem remordeat; sed vt cedat iræ Greg. lib. 34. moral. c. vlt. past. par. 3. adm. 17. Cas. colla. 16. cap. 18. & item se statim commẽdet Deo oratione iaculatoria, vt Basi. ho. de Ira.

2 Præparet se quotidie ad contumelias pro Christo perferendas, & ad ipsum respiciat, Qui cũ pateretur, non comminabatur 1. Petr. 2. vt monet Basil. hom. citata Chrys. ho. 88. in Matth. Greg. lib. 5. moral. cap. 31. imo Dominus Matth. 11. Discite, inquit, à me, quia mitis sum, &c.

&c. Et inuenietis requiẽ animabus vestris; hinc psal.36. Mansueti aũt hæreditabunt terram, & delectabũtur in multitudine pacis; & Mat.5. Beati mites, quoniã ipsi possidebũt terram. Adde quod iusti iniurias Deus vindicat. Chrysf.ho.45.in Gen.

3 Videat proprios defectus, & quanta in ipso tolerent alij, quantaque ipse Deus. Greg. loco paulò ante notato.

4 Consideret incommoda, quæ ex ira nascuntur, nisi reprimatur; priuat enim corona, ita vt homo perdat, quidquid diuturno labore partũ est, vt Cypr. lib. de patientia, confirmatur Iaco.1. Pro.22. Itẽ facit hominem ferocem, vt bestiam; nã Ira in sinu stulti requiescit Eccle.7. est enim furor breuis. Chrysf. hom. 34.in Genes. imò vero iracũdus est peior bestia. Chrysf.ho.29. ad pop. prçterea irato nihil turpius; Chrysf. hom.25.in Io. & hom.6.in Acta. Ad hæc perpendat irç effectus, qui sunt rixæ, tumor mentis, contumeliæ,

clamor, indignatio, blaſphemiæ, vt Greg.lib.31.cap. 17. Adde quod Dei vindictam in ſe prouocat, qui iraſcitur fratri Mat.6.Iſai.66.Greg. lib.5.moral.cap.31.l Chryſ. ho.17. in Acta.propterea monet Apoſt.ad Epheſ.4. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. lege plura apud Baſil.& Greg.Item Chryſ. hom.29. 30.& 31.ad pop.& ho.15.ad Epheſ. ho.62.in Matth. & hom.6. in Acta. Ambroſ.li.1. officiorum c.21. Caſ. lib.8.inſt.cap.1.Bonauent. Pharetr. lib.2.cap.9. & Dietæ Salut. tit. 1.in tom.1. opſc. & in pugna ſpirituali contra 7.vitia. tom.3.Anton.par.2. tit.7.cap.1.

5 Ira verò moderata laudabilis eſt, cum præſertim contra paſſiones iraſcimur. vt Caſ.lib. 8. c.6. & ſeq. tum propter zelũ, vt Greg.li.5.moral.c.31. Chryſ.ho.6.de laudib. Pauli.Hinc pſal.4. Iraſcimini, & nolite peccare, & Eccleſ.7. melior eſt ira riſu.

6 Indicia victoriæ, affert. Baſil. nem-

nempe cum ſaltem externos motus cohibemus; cum erubeſcimus irati inueniri; cum reddimus bonum pro malo; cum non præuenit, ſed ſequitur rationem. lege Baſil.

7 Pœnitentia verò eadem imponi poteſt, quæ inuidis. Homicidā verò moneat primùm de obligatione reſtitutionis & irregularitate, iniungat longā peregrinationem, ieiunia, &c. Item vt ſeruiat hoſpitali, det eleemoſynas, frequētet Sacramenta, deinde videat an ſit caſus reſeruatus.

8 Ad tolerandam denique alterius iram hæc conferunt; primùm, remouere ſe à facie irati; Chryſ. ho. 31. ad popu. Secundò, Verbum molle frangit iram Prouer. 15. Chryſ. in pſalm. 119 propterea manſuetè reſpondeas, vel ſaltem taceas, humaniter tamen, & modeſtè. Tertiò, illi compati, vt frenetico. Chryſ. in pſal. 7. Quartò, Vince in bono malum; ad Rom. 12.

De remedijs contra Gulam.
Cap. XV.

AD vitanda peccata Gulæ, optimum remedium est fugere occasiones, & conuersationes, vt monet Sapiẽs. Prou.23. Noli esse in cõuiuijs potatorum, & Bern. in Apol. ad Guliel. abstinere item à cibis lautis, & condimentis, vt Greg. lib.31. moral. cap.17. Aug. epist.86. Chrys. serm.1. de ieiunio. Basil. in reg. breu. c.10. quo enim plura corpori homo negauerit eo maiores animo vires contra prauos eius motus addet, atque à Deo plura feret.

2 Paulatim progrediendum, ita vt quotidie aliquid Gulæ detrahatur, quousque ad regulam temperantiæ perueniatur lege Greg.30. mor. c.13. Basil. cõst. monast. cap.5. Cass. lib.5. inst. cap.3.11.16. & 20.

3 Ne cogites vires defuturas. Greg. lib.5. in 1. Reg. c.11.

4 Seriò rebus spiritualibus vacare;

care. Greg.ibid.cap.15.

5 Cogitare quàm citò trãſeat cibi, & potus delectatio, mala verò maneant; nẽpe luxuria, cordis obduratio, ira, homicidia, cruditas, morbi, paupertas, interitus; & propterea Guloſi excludũtur à Regno Dei, 1.Cor. 6. & per eam multi perierũt; Chryſ.hom. 1. in Gen. hinc Amos 6. Væ vobis qui comedentes agnum de Grege, bibentes vinum in phialis, &c. at contra quam multa, & magna ſint temperantiæ bona, lege Grego.1.moral. c.5.& lib. 31.c.17. Caſſi.lib.5.inſt.c.17.Chryſ. ſerm.13.ad Rom. & ho.39. in epiſt. 1.ad Cor.& 71. ad popul. ho.13. in primam ad Tim.& 29.ad Hebræos.

6 Cogitare quã diſpliceat Deo; nã guloſis Deus venter eſt; ad Phil. 3.Chry.ibidem ho. 13.Item quia tẽplum Chriſti fit cloaca, & membra Chriſti quaſi membra beſtiæ euadũt; lege Chryſ.hom.29. in Gen. & ho. 27.in Act.58.in Matth.

7 Gratum eſſe hoc vitium diabo-

lo, vt patet Matth. 12. & Iob. 40. & propterea maximè vitandum.

8 Denique exempla Christi, & Sanctorum meditari proderit, ex 2. ad Cor. 11. Item timere ne species necessitatis nos decipiat. August. 10. confes c. 31. & semper contra ciborum delectationem pugnare. Aug. ibidem. Gregor. lib. 30. mor. c. 14. & cum tādem molestiam senties in comestione, tunc gulam te superasse intelliges. Cas. lib. 5. inst. c. 14. & itē cum castitatis donum fueris consequutus, vt Gregor. lib. 5. in primum Reg. c. 11. Tertium indicium est timere, ne transgrediaris metam necessitatis August. li. 10. confess. c. 31. Quartum est pugna contra ciborū delectationem. Aug. ibidem. Greg. lib. 30. mor. c. 14. lege de his Orig. hom. 7. in Leu. Cas. colla. 22. cap. 3. Bonau. Pharetræ lib. 2. cap. 12. tom. 1. opusc. & in biblia pauperum c. 88. tom. 2. Antonin. par. 2. tit. 6. cap. 1. de remedijs. ibidem §. 10. Pœnitentia gulosis apta est ieiuniū, abstinentia,

nentia, & maximè à cibis non necessarijs, à cibis delicatis, & conditis; atque à puro vino; & opera alia de quibus supra tract. 1. cap. 3. §. 2.

De remedijs contra acediam, tepiditatem, & pusillanimitatem. *Cap. XVI.*

ACedia est tristitia aggrauans, quæ ita deprimit animum, vt nihil agere liberat; vt Damascenus lib. 3. c. 14. vel est tædiũ operandi, vel spiritualis frigiditas, aut tepiditas, vt D. Tho. 2. 2. q. 35. art. 1. de eius natura; lege Greg. in primum Reg. c. 14. Bern. tract. de passion. Domini cap. 19. August. in psal. 104. Cas. lib. 9. instit. & lib. 10. Effectus exponit D. Tho. ar. 4. sunt autem malitia, languor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, vagatio mẽtis erga illicita, ex Gre. loco citato.

2 Primum remedium est oratio. Iaco. 5. Tristatur autem aliquis vestrum, oret Aug. in psal. 106. Bern.

ſerm.21.in Cant.Secundum eſt,ei ſedulò reſiſtere, proſequendo bona opera diligenter;qa Maledictus homo qui facit opus Dei negligēter. Hiere.48.Caſ.lib.10.inſt.c.25.Bern. ſerm. 21. in Cant. quare otium eſt deteſtandum, & fugiendum Eccle. cap.33. lege Greg.lib.20.mor.c.20. & lib.7.cap.17.& lib.4.cap. vlt Itē paſt.par.3.adm.16. Chryſ.hom. 14. in Gen.hom.46.in Matth. hom. 16. epiſt.ad Epheſ.& hom.29. ad Hebr. Caſſian. colla. 19.cap 14. & collat. 25.cap.12. hinc Lycurgus otioſos à ſua rep.pellebat, vt Iuſtin.lib.3.hiſtorr.Tertium remediū eſt meditari exempla Chriſti, & Sanctorum; diuina item beneficia,& præſertim concurſum, & cooperationem perpetuam tum vniuerſalem, tum peculiarem Dei in omnibus prorſus actionibus;ita vt videatur quodam modo pro nobis ſemper laborare. Ad hæc ſuauitatem legis Euangelicę Mat.11 Io.16.& in epiſt. 1.cap.5. Chryſ.hom.17.& 39.in Matth item

quod

quod tempus laboris breue eſt, præmium verò æternum; & præterea imminent tentationes, pericula, ex hoſtium inſidijs, & peccatorũ reatu; Satagamus ergo quaſi inſtet incendium, aut valida tempeſtas, in quibus qui ſectatur otium ſtultiſſimus eſt. His adde laborem indefeſſum creaturarum, & præſertim hominum, qui propter honores, opes, & voluptas nulli labori parcunt, nullum metuunt periculum; qua propter monet Apoſtolus, ſicut ergo exhibuiſts membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Quartò proderit variare actiones, ne faſtidiũ pariant; & itẽ non verſari cũ otioſis, ſed cũ diligẽtibus, ac deuotis. Ad hæc adhibere pœnitẽtias laborioſas conetur confeſſarius, & ad vitandũ otiũ accõmodatas; moneat præterea, vt ad ſonũ horologij cogitet ſe tẽporis rationẽ redditurũ: iniungat etiã

exa-

examen conſcientiæ, peculiare, ſilentium, & in his omnibus conſulat frequenter confeſſarium, vel alium ſapientem virum. lege Bonau. in Phar. li. 2. c. 10. to. 1. Opuſc. & in pugna ſpirituali, &c. to. 3. Ant. par. 2. tit. 9. cap. 1. & 2.

3 Tepiditas, ſeu torpor eſt affectus acediæ, & interdum cum graui peccato coniuncta, propterea Apo. 3. Quoniam tepidus es, inquit Dominus, incipiam te euomere de ore meo. Eius varios effectus recenſet Bern. ſerm. 6. de Aſcen. Caſſia. li. 10. inſtit. c. 2. & ſeq. lege etiam lib. 12. c. 25. & ſeq. & colla. 3. cap. 5.

Indicia verò hominis tepidi enumerat Roſſig. li. 2. de diſcip. Chriſt. perfect. cap. 19. ſunt autem hęc pręcipua; primum grauiter ferè diſciplinam. Secundum, ad otium aſpirare, idque putare ſuis laboribus deberi. Tertium, inuitè, & lentè obedire. Quartum, frigere in ſacramentorum vſu, in oratione, in concione, in lectione, & colloqutione

de

de rebus ſpiritualibus. Quintum, occaſiones peccatorum non vitare, atque ſuis viribus confidere. Sextum, memoria repetere priſtinos mores, & mundanam fœlicitatem, magnum bonum ducere, &c. Septimum diuinas inſpirationes non aduertere, diſſimulare, differre, vel negligere. Octauum, patrum ſpiritualium conſilia, & correptiones non curare, vel refugere. Nonum, honorem optare, ſibique indulgere. Decimum, gloriam propriam quærere in ſpecioſis ſtudijs, vel negocijs, & differre opera quę ad ſui abnegationem, & perfectionem animæ conducunt, rationeſque quærere quibus tepiditatem ſuam excuſent, & diuinam voluntatem ad ſua ſtudia reuocent, & ſimilia. Optimum autem remedium eſt cogitare periculum iacturæ. Greg. paſt. p. 3. adm. 35. Caſſian. collat. 6. ca. 17. & colla. 4. ca. 19. Item eſſe infœlicem ſtatum tepidi hominis, vt Ber. d. ſer. 6. de Aſcenſ. imminet enim contra

illum ira Dei; quoniam generat mentis perturbationem, confusionem, ac caliginem, de qua Cassian. lib. 12. cap. 25. & seq. nam vult, & non vult piger; Prou. 3. & 13.

4 Deinde sunt aliqui tepidi, qui in peccato perseuerant, vel quia nõ auferunt occasiones peccatorũ, vel quia non remouẽt impedimẽta profectus spiritualis, de quibus Greg. lib. 7. moral. cap. 14. Bern. serm. 3. de Annunc. & ser. contra ingratitudinem; atq; hi incidũt in turpes cogitationes; Greg. lib. 5. moral. c. 22. in detractiones, in fugam disciplinæ, & scãdala: Bern. loco citato Cassia. lib. 10. inst. c. 3. & deniq; in desperationem Aug. in psal. 106. Cassia. lib. 9. c. 9. Remediũ est animose incipere. psal. 76. Dixi nunc cœpi. Grego. lib. 5. moral. c. 22. Item meditari nouissima Ber. ser. de sex tribulationibus: præterea quàm sit turpis vita tepidi; vt Greg. ibidem, & denique quam displiceat Deo. Bernard. de altitud. cordis serm. 2.

5 Pusil-

5 Pusillanimitas est effectus acediæ secũdũ Greg.lib.23.moral.c.17. nã pusillanimis in miserijs nõ subsistit;animo.n.cadit tempore tentationis, minusq; se posse putat quàm reuera cũ Dei gratia posit;& propterea pusillanimitas est contraria magnanimitati,quoniã vertit gaudium in pauorẽ,& tabescit mẽs, stupent oculi,omne quod prius ꝓsperum arridebat euanescit,lux ipsa fastidio est, solæ se in anima tenebræ męroris offundunt, nihil quod delectet aspicitur, triste est qdquid occurrit . lege Gregor. Hinc scrupuli Greg.lib.27.moral.c.7.]hinc perplexitas animi,vt idẽ lib.32.moral.ca. 17.Aug.epist.250. ad Paulinum, de quibus nos supra tract.2.c.18.

Remediũ est sperare in diuina ꝓuidentia Grego.lib.27. mora.c.vlt. itẽ resistere huiusmodi cogitationibus.Greg.ibid.Chrys.lib.2. de ꝓuid.Dei; quia multa affert incõmoda talis męror;nocet.n.cordi.Prou. 25.& exiccat ossa ibid.c.17. Casia. lib.9.

lib.9.inst.c.2.& 3. prodest item humilitas. Greg.lib.23.moral.cap.16. Ad hęc regulas adhibere Sanctorũ, vt Chryſ. loco citato, Deus etenim non honoratur in tristitia; Bernar. ſer. de ſeptẽ miſericordijs. Itẽ quia monet Aug. ſuper pſal.138. Vt non timeant imperfecti, ſed tantum vt proficiant. Postremò conſulant Sapiẽtes Aug.epiſt.250. Gregor. paſt. par.3.adm.4. & 9. Caſ. collat.19. c. 14.l.Chryſ.hom.13. in Mat. D.Tho. 2.2.q.133.& quę nos ſupra Ant.par. 3.tit.9.c.16.Hæc de remedijs peccatorum, ac vitiorum adnotaſſe ſit ſatis, verumtamen cum nõ omnibus vnũ remediũ cõgruat propter morum, & perſonarũ diuerſitatẽ, prudentis confeſſarij erit quid cuique expediat iudicare; & ſalubre adhibere medicamentum; vt Greg. in prologo 3.par.paſt.& li.30. mor.c. 4.& Baſil.conſt.monaſt.c.32.Conetur autem maximè radicem peccatorũ inuestigare, & ad eam extirpãdam in cumbere; vt Henriq. lib.6.

summę sacrã.c.3.nu.2.prosequitur. Sed finẽ huic instructioni faciam⁹; nam reliqua prudens Sacerdos per seipsum apud Doctores obseruabit; quæ verò conferre plurimum possunt ad promouendum pœnitẽtes ad Christianam perfectionem, petet ex tractatibus Frãcisci Arias de diffidentia sui ipsius; de profectu spirituali; de mortificatione; de præsentia Dei, de oratione, de vsu confessionis, & Eucharistiæ. Itẽ ex lib. Ber. Rossignolij de discipl. Christianæ perfectionis, qui omnia salutis, ac perfectionis spiritualis media copiosè, & explicatè, ex Sanctis Patribus collegerunt, &c.

Et nos (si Deus fautor, & adiutor fuerit) posteriore libro hæc prosequemur; qui erit de modo, ac ratione promouendi pœnitentes ad Christianam perfectionem.

Soli Deo honor, & gloria. Amen.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0027431